




**Erasmi Roterodami Responsio ad annotationes Eduardi Lei,  
quibus incessit loca quaedam ex annotationibus eius quibus  
ille explanavit quatuor Euangelia, iuxta priore[m] aeditionem.  
Ex his interim coniecturam facito lector, reliquu[m] operis  
propedie[m] accepturus.**

<https://hdl.handle.net/1874/433096>

**ERASMI**  
 ROTERODAMI RES-  
 PONSIO AD ANNO-  
 tationes Eduardi Lei, quibus in-  
 cessit loca quaedam ex annotatio-  
 nibus eius quibus ille explanavit  
 quatuor Euangelia, iuxta  
 priorē additionem. Ex  
 his interim conie-  
 cturam fa-  
 cito lector, reliquū  
 operis propediē ac-  
 cepturus,

Cum Gratia & Priuilegio.



FRASMI

# ERASMI ROTE

RODAMI LIBER SECVNDVS

quo respondet annotationibus Edouardi

Lei, quibus ille locos aliquot

taxare conatus est, in

quatuor Euan-

gelij.



Vm subito prodisset in lucem liber Edouardi Lei, ceu vocē adepturus nobis, qđ Lupus solet ijs quos prior viderit, variabant amicorum sententiā. Quidam censebāt nihil omnino respondendum, quidam q̄ accuratissime respondendum. Atq; hos, quidē illa potissimum causa movebat, quod

crederent fore, vt si volumē hoc, cuius iam diu iactati tanta fuisset apud omnes expectatio, magnifice refelleretur, ceteri a simili temeritate tēperarent. Illos non vna movebat causa. Primū iudicabant totum librum eius esse generis, vt vel nemine respōdente facile lectori non omnino stupido venturum esset in mentem quid responderi posset. Id quod esse verissimū ex multorū litteris accipio. Deinde etiamsi liber hic haberet mentē, haberet ingeniū, haberet eruditionem, iudicium, eloquentiam, festiuitatē, aliasq; dotes qbus solent eruditorum hominū lucubrationes cōmēdari lectoribus, tamen tam impotentē debacchationem, tam insignē virulentiam, nulli probo doctoue placituram affirmabant  
Itaq;

Itaque fore, ut liber vltro vel reſcderetur, vel negligeretur. Et  
parū abſuit, ut in horū ſententiā pedibus irem. Tandē re p  
ociū apud meū animū expēſa, placuit diuidi ſententiā, ut  
neq; nihil reſpōderetur, nec tamē accurate reſpōderē. Cū  
enim tam atrox rumor de hoc libello per orbē fere volitaſ  
ſet etiā anteq; prodifſet, cūq; talis p̄diſſet, ut fumis ac preſti  
gijs quib; uſdā admirādis facile poſſet imponere lectori vel  
imperito, vel ſimplici, vel parū attento, nō fuit cōſiliū pror  
sus obticeſcere: præſertim cū ſint, quibus nihil tam ſtulte  
aut indocte ſcribi poteſt, quod nō arrideat, modo bonis lit  
teris aduerſetur, & diuerſam factionē adiuuet. Quoto au  
tem cuiq; tantum ſit ocij, ut cōferat quid calūnietur Leus,  
quid ego ſcripſerim, aut qua arte ille noſtra torqueat, q̄ vio  
lente, imo q̄ *ἢ πρὸς τὴν νόσον* citet aduerſum me autorū testi  
monia: Quis autē adeo præſenti animo eſt, ut prima ſpe  
tie nō aliq̄ pacto cōmoueat *τοῖς λογίοις* illis, *πρὸς τοῖς*: Tot  
obiurgatiōibus, tot obteſtatiōibus, tot abominatiōibus, tot  
indicijs, tā innūeris nūeris, q̄bus ille ſuas annotatiōes, ve  
lut inſignē theſaurū, iterum atq; ſterum numerat. Quē nō  
moueat libro nōdum perlecto, terribilis ille elēchus, quē  
in operis frōiſpicio præponit, quo lectori, ceu Circes po  
culo, ſtatim mētem adimat. Quid eo ſeditioſius, aut calū  
nioſius excogitari potuit: Quoties illic temere muto le  
ſtionem eccleſiaſtica: Quoties addo de meo, quoties ad  
mo. Illic noto eccleſiā, Illic noto Euangeliftam, Illic impu  
to interpreti hæreſim, Illic annoto quiddā eſſe hæreticum  
autore Chryſoſtomo, Illic parum catholice ſentio de mari  
monio, Illic petulantius ac laſciuus loquor de ſalutatione  
Gabrielis, Illic mordeo Auguſtinū, p̄batiffimum eccleſiæ  
doctore. Illic cū Marcionitis ſentio oēm coitū eſſe spurcū,  
Illic patrocīnor Pelagianis, Illic faueo Arrianis, Illic labefa  
cto ſacræ ſcripturę autoritatē, Illic renouo veteres hæreſes,  
Illic irrideo ſermonem interpretis, quem Leus putat eſſe  
ſp̄ritus ſancti, Illic irritantur in me theologorum ordines.  
Illic

Illic prouocantur in me mendicantium quos vocant popu-  
li. Illic hæreses subinde inculcãtur. Postremo quid illic nõ  
facio? Porro vbi ventum erit ad ipsa loca, prudens lector  
intelliget illa meros esse fumos, ac nihil minuisse, q̄ quod  
hic index iactitat. Hæc mihi persuaserunt, vt oino respõde-  
rem aliquid. Rursum ne multum operæ collocarem in hoc  
negocio, illa mihi fuerunt in consilio. Primum quod intel-  
ligerẽ, & mihi plurimũ fore tœdij, & minimũ fructus ad  
lectorẽ esse reditũ, ex ope plixo. Nã in immẽsum cres-  
ceret volumẽ, si qd̄ ille facit, primũ recenserẽ q̄ refellerẽ, de  
inde singula machinosis adgrederer. Præterea diuinabã  
id qd̄ res est, huius generis libros tãtis per esse in manibus,  
donec feruẽt hoim recẽtia studia, ea simul atq; refrixerunt  
libri tineis rodẽdi relinquunt. Præsertim si talis est cõflicta-  
tio, vt nulla commendetur utilitate. Quis autem velit in  
ca reneruos intendere, quam sciat non esse victu-  
ram apud posteros, imo paucis annis intermorituram?  
Deniq; stultum videtur accurate velle refellere, quod atq;  
te legisse, refellisse sit. Nam si mihi liberet numerare, quoti-  
es nõ intelligit, neq; quod reprehẽdit, neq; quod loquitur  
quoties palã calũniatur, quæ nec dixi nec sensi: quoties atro-  
cibus verbis exagitat, quod optime dictũ est: quoties auto-  
rum verba ad calũniandũ detorquet, in diuersum sensum:  
quoties auaritate carpẽdi scribit absurdissima: quoties mi-  
ro supcilio docere conatur ea, q̄ profus nõ intelligit. quoti-  
es tragedias excitat vbi nihil est causæ, deũ immortalẽ d̄t  
& quales mihi nascerent elẽchi, & isti ad quantã paucitatẽ  
reciderent, illi toties iactati, toties numerati numeri. Atq;  
ita esse nolim mihi credas lector, nisi rem cõpereris, adeo  
manifestã, vt qd̄ dici solet, vecocõ pspicuũ sit, nisi videris,  
nũq; magis ineptire Leũ, q̄ vbi suscitãt atrocissimos tumultus.  
Proinde mihi longe diuersum studium erit in respon-  
dendo, ac Leo fuit in taxãdo. Ille admissus est, vt q̄ maxime  
cresceret volumẽ, ego dabo operam, vt quam paucissimis  
rixandi

rixā di negociū absoluā. Quid enim aliud hic est, q̄ rixape  
ne muliebris. Ille diligētissimus fuit in his quæ faciebāt ad  
præstigiū. Ego diligētior futurus sum in explicā dare. Ille  
totus est in cōuicijs. Ego quoad licebit in totū a conuicijs  
abstinebo. Atq; utinā Leus sic versari maluisset in hac pale  
stra litteraria, ut laudē captasset potius suā, q̄ exitiū aduer  
sarij. Nūc illi magis placuit lex gladiatoria, aut occide, aut  
morere. Et tamē intelliget prudēs lector, me pro virili vi  
tasse, ne dum meū defendo caput, grauius ledā aduersariū  
nō quod ille mereatur hanc ciuilitatē, sed quod mihi ma  
gis placet, id quod homini Christiano magis est decorum  
Tantū ne quid erret lector hospes, paucis ut res habet doce  
bo. Adiderā nouū testamētū, ad græcorū codices versū ac  
recognitū. In ea editione testatus sum nō eē fidē dū ijs quæ  
proderē, nisi veterū codicū, nisi veterū interpretū cōsensus  
accederet. Et pollicitus sum proxima editione me meliora  
redditurū oīa. Inuitaui doctos, ut si quid haberent rectius,  
adferrent in cōe. Atq; eū laborē susceperā hortatu S. D. N.  
Leonis decimi. Leus anteq̄ prodisset opus, aut anteq̄ me  
nosset, & priusq̄ græcas litteras attigisset, testatus est se re  
perturum in opere meo quod carperet. Prodiit altera ædi  
tio multo tum melior, tum emēdatior priore. Res ipsa do  
cet. Et tamen in priorē tam atrociter scribit Leus, nō alia re  
prouocatus, nisi quod schedulas quasdā, ut tum erant, exi  
les ac ieiunas, minutias appellassem, idq; apud vnū dunta  
xat amiculū, Leum interim laudans nō incessens. Hoc fa  
ctum nō alio lēmate prætexit, nisi q̄ posterioris æditionis,  
nō sit oībus copia, quasi liber ipsius latius sit volitaturus,  
q̄ nostra posterior æditio, cū his nec typographū, nec le  
ctorem reperturus fuerit, nisi scriptus esset aduersus Eras  
mum. Iam ut donemus me alicubi lapsū insigniter, q̄ g lo  
ria sit, hoc exagitare cōuicijs, qd̄ ipse mea spōte correxissem  
Deinde q̄ inciuile, cū ex prioris æditionis lectione, & græ  
ce didicerit & latine, cum tam multa cognouerit, quæ pri  
ignora-

ignorabat nusquam agnoscere beneficium, sed animo plusquam ho-  
stili, etiam illa arrodere, quae recte scripta sunt. Sed omnium im-  
pudentissimum, quod verba quaedam mea, quae tum ex tempore  
& aliud agens annotarā, & sic annotaram, ut admirer illum  
potuisse legere, nunc ut rem serio scriptam euulget, & ad haec  
nunc tandem respondeat orbi, ad quae tum ne verbo quidem unquam  
respondit, praesertim cum ex aeditione posteriore, ex aliorum  
admonitu, e suo studio locupletarit interim sua, quibus mea  
oppugnat inermia. Ad haec quod opus sic aeditum, ut esset  
vlti studiosis, non ita taxat, ut quidam improbet, sed ut totum  
subuertat, quasi quisquam ante me scripserit opus, in quo non  
alicubi desideres aliquid, quod ne ipse quidem praestitit Au-  
gustinus, cui tantum tribuit Leus, posteaquam decreuisset illum  
perlegere. Quod si labor hic quem suscepi, danandus est in  
vniuersum, cum Leone res erit Leo, non mecum. Ille bis appro-  
bavit, si non omnes operis partes, certe studium & institutum  
meum, cuius iudicio, si malui fidere quam Lei, nemo mihi vi-  
cio vertet opinor. Hactenus ita loquor, quasi locis complu-  
culis errarim etiam periculose, quod mihi tantum commode fuisse cum  
probatissimis nostrae religionis autoribus. Nunc dispeream  
si reperientur annotationes Lei duae, quae sint alicuius mo-  
menti. Et tamen illi largior eas quoque, quas illi docti quidam sup-  
peditarunt. Porro stilum ita deieci, ut Leus quidem non possit  
se facundiae praesidijs oppressum esse. Hoc unum orabo le-  
ctorem, ne cui minus videar modestus, quod minus ambi-  
tiose meam ostento modestiam. Immo hoc ipsum debet ad mo-  
destiae laudem adiungi, quod maluerim aliquam huius glo-  
riae iacturam admittere, quam cum incommodo aduersarii tueri in-  
solidum ius meum. De opere Lei nihil adhuc pronuncio, prae-  
ter illud unum, quod multis annis nullum legi librum, unde minus  
didicerim, cum tamen obiurger passim. Sed quicquid interle-  
gendum tibi veniet in mentem optime lector, etiam atque etiam  
ter rogo ut si quid placet, imputes toti Britanniae, si quid dis-  
plicet in unum Leum conijcias. Nam cum ea gens habeat tam  
multos

multos, insigni prudētia, pbitate, modestia, doctrina, fide  
q̄ p̄ditos, iniquū fuerit, ex vni<sup>9</sup> hoīs ingenio totā estimare  
gentē. Et tñ hoc facere solet hoīm vulgus, quo magis vi-  
sum est admonere. Comperi non paulo plus negocij quā  
putarā, non quod esset difficile refellere, quā ille sic obij-  
cit, vt existimē nec ipsi placuisse, qui scripsit, sed quod bo-  
na pars temporis in collatione locorum esset consumēda  
presertim cum ille frequenter pessima fide citet, quā  
citāt. Malueram totum sexennium infumere, in  
rem publicis honorum studijs profuturā  
quam vel vnum mensem talibus nā-  
nijs refellendis  
Sed prohemij iam satis.

### SEQVVTVR NOTATIONES

Eduardi Lei, quibus conatus est taxare  
nōnulla loca in annotationibus Erasmi  
Roterodami, quibus emenda-  
uit atq̄ explanauit quatuor  
Euangelia, iuxta priorem editionem

# AD PRIMAM

## ANNOTATIONEM

Eduardi Lei.



VM IN PRIORI-  
bus schedis, quas habebat  
D. Ioan. Atenſis, quōdam  
inſlytæ Louaniensſis Aca-  
demie vicecæcellarius, pau-  
cis dumtaxat verbis anno-  
taſſem, vbi nos legimus,  
Chriſti generatio ſic erat)  
apud Græcos haberi, Ieſu  
autē Chriſti generatio ſic  
erat. Hic rem prolixa diſpu-

tatione dilatat, meq; meo, vt ait, iugulat gladio. Nam cum  
annotans in caput epiſtole ad Corinthios poſterioris quar-  
tū dixiſſem, neſas eſſe, ſi quis in diuinis litteris, vel vnum  
apicem ſciens ac volens mutet, huius legis, quam & eccle-  
ſia ſanxit, & ego meo calculo comprobauī, neglectæ reū  
agit. Verum hic libens rogarim Leum, quid ſcribæ factu-  
rus ſit, qui quod frequenter euenit, vnum aut alterum ver-  
bum omiſerit in deſcribendis voluminibus ſacris? Num  
hac lege vocabit ad pœnam violatæ maiestatis Euangeli-  
cæ? An excuſabit, imprudens fecit, dormitās fecit. Quid  
ſi Leus ipſe referens locum aliquem ex arcanis litteris per-  
imprudẽtiam, aut obliuionem omiſerit, aut addiderit ver-  
bum, Num agnoſcet legem Deuteronomij, aut Apocaly-  
pſis? Non opinor, ſed excuſabit incuriam humanam, quæ  
nulli non obrepiſt alicubi, quantūuis etiam cauerit. Et mi-  
hi ceu graue piaculū vult imputari, ſi quid omiſſum ſit ab  
operis Typographorum? Nā abſente me pars ea fuit ex-  
cuſa.

eusa. Hæc opinor erat iusta defensio, etiã qđ cessatũ esset  
in hac æditione, qua fere nũc vtitur ecclesia, cuius autorita-  
tem Deus vult esse sacrosanctã, etiã non hac vtitur sola.  
Quis em̃ hætenus tanta cura, tantaq; religione, vel scri-  
psit calamo, vel formulis excudit sacros libros, vt non ali-  
cubi deprehendatur aliquid immutatum. Nunc hac parte  
nihil admissum est, tantum vnica vox, quæ in Græcis ex-  
emplaribus redũdat a nostris, omissa est, qua quidem in re  
nulla est facta iniuria lectioni ecclesiastica, imo potius ha-  
bitus honos. Mihi primum erat in animo, Græcis addere  
nostra Latina, sic vt habent, ac lectori relinquere studium  
discipiendi, quæ congruerent, quæ dissiderent. Et facturũ  
eram, ni quidam ex tempore dedissent diuersum consiliũ.  
Proinde non eram tum admodum anxius in hoc, vt per õ-  
nia, Græca quadrarent ad Latina, adeo vt aliquoties ne  
contulerim quidem, præsertim in Luca, quod id temporis  
valetudinis imbecillitas impar esset tam varijs laboribus,  
quos si gustasset Deus, non ageret æditionis alienæ tam mo-  
rosus censorum. Deniq; patiar vt hic vincat Deus, ni do-  
ceãre ipsa in exemplari certe altero, in marginali spacio ma-  
nu famuli ascriptũ lesu. Sed liberemus operas laboribus,  
ne, liberemus castigatores, quorum indutrigere fideles  
in huiusmodi, sit a me cessatum, & cessatum in vitæ ædi-  
tione, quid aliud potest accusare Deus, quam per incuriã  
voce quæ additur apud Græcos, in nostra æditione non  
fuisse additam? Nec est quod hic me stringat mea lege,  
cum ego dixerim esse nefas, Si quis sciens ac volens, mu-  
tet quicq;. Quid aut̃ hic causæ fuerat, cur sciens ac volens  
omitterem, cum propositum esset, quicquid in Græcorũ  
codicibus haberetur, Latine reddere. Quis autem sit tam  
insanus, vt arbitrato suo mutet, quod est in arcanis volu-  
minibus? Sinobis compertum esset, quid esset scriptum  
ab Apostolis, & Euangelistis, impius profecto foret, qui  
vel apicem conaretur immutare, Nunc quum nec Græco-  
rum

rum codices, nec Latini satis inter se consentiant, quum co-  
tidie depraentur a librarijs, velimus, nolimus, aliquid est  
inmutandum nonnunq̄. Neque consequitur, si quis ad  
hanc prouinciã idoneus, id tentet, continuo ius idem fo-  
re quibuslibet, etiam coriarijs, id quod Leus ratiocinatur.  
Si nefas est mutare quod legit ecclesia, cur in viroq̄ testa-  
mento tam multa ausus est mutare Hieronymus? Cur in  
commentarijs suis toties adfert, vel ex Hebræorum libris,  
vel ex Græcorum exemplaribus, quod ab hac lectione,  
quam Leus ecclesiasticã vocat, diuersum est, & sic adfert  
vt quod Græci legunt, præferat nostræ lectioni. Id si cui du-  
bium est, legat huius enarrationem in psalmos, in prophe-  
tas, & in epistolam ad Ephesios. His me tueri poteram,  
etiam si quid mutassem, & sciens mutassem, ex lectione re-  
cepta. Si nemo deprauasset sacros libros, ociosus esset ca-  
stigator, imo etiam impius esset. Si quis audebit dicere in  
codicibus, quibus nũc vititur ecclesia, nihil esse diminutũ,  
nihil additum, nihil deprauatum, nihil male redditum, pa-  
tari reijci quãtumu is eruditum castigatorem. Sin res adeo  
manifesta est, vt negari non possit, non tollo quod legit  
vltus ecclesiasticus, certe liceat admonere studiosos. Iam  
quod ratiocinatur, si quicq̄ mutetur, ingens imminere pe-  
riculum, ac breui vacillaturam autoritatem scripturæ diui-  
næ, non mihi persuadeo Leũ esse tam stupidũ, vt hæc scri-  
bat ex animi sui sententiã, Suspicio hanc canere cantionem,  
vel in odiũ mei, vel in gratiã quorũdam, & vnus p̄cipue,  
de q̄ vel absq̄ cribro, facile diuinabis lector. Quid fiet gre-  
cis, q̄ ex Euangelico codice, p̄nunciant sacras lectiones, &  
ea gratia nõnunq̄ addunt e superioribus repetitũ nomẽ Iesu,  
aut vice, p̄nois, etius, ponũt nomen ip̄m. Quid nobis, cũ in  
tẽplo solẽnter addim⁹. In illo tẽpore dixit Iesus discipulis  
suis, qd̄ aliq̄tines nõ habet in Euãgelij eo loco? Quid fiet  
diuo Luca, q̄ p̄cationis dn̄ice partẽ omisit? qd̄ inter p̄ri La-  
tino, q̄ coronidẽ, q̄ habet in Græcis libris omisit, nõ appro-

bante Leo. Sed ne iocari videamur in re seria, ætate Origenis variabant græcorum exemplaria, temporibus Ambrosij & Augustini variabant exemplaria, variant & hodie, non paucis in locis, nec vacillat tamē autoritas diuine scripturæ. Spiritus inquit sanctus autor est diuine scripturæ. Atq; is non est autor dissensionis, ac mendacij. Non est igitur a spiritu sancto, quod variat, & quod cū illo non cōsentit, aduersatur Proinde velut inimicū spiritui sancto reijciendum. Hoc syllogismo labefactat Deus autoritatem oim sacrorum voluminum. Si quicquid variat reijciendum, & variat alicubi, tum hebræorum tum græcorum, tum latinorum sacri codices, nihil igitur non reijciendum. Ostendat nobis suo digito Deus, quæ sit illa lectio, quam dicitur uis spiritus sanctus, & hanc vnā amplexi, quicquid ab hac variat, reijciemus. Quod si ille non potest, ex collatione linguarum & exemplariorum, ex lectione, ex interpretatione celebriū autorum nobiscum scrutetur, quæ lectio sit maxime probabilis. Verū ad huiusmodi causificationes abunde respondimus in epistolis & Apologijs nostris, quas multis modis deprehēdo non legisse Leum. At qui legisse debuit, priusq; ad calumniandum accingere, tur Leus sic mecum agit, quasi cum quis volumen ex alia lingua vertit in aliam, ea interpretatio tribuenda sit spiritui sancto. Sed longe secus sentit diuus Hieronymus, multū interesse putans, inter vatem qui spiritu afflatus loquitur, & interpretem qui tantum reddit, quantum linguarum peritia, dicendij facultate potest assequi. Quod si quicquid e spiritu sancto non est, id aduersatur spiritui sancto, & si quicquid aduersatur reijciendum est, cum Hieronymo autore nulla interpretatio sit e spiritu sancto, qui nō dubitat & septuaginta interpretum cellulas, vt mendacio cōstructas, ridere, reijciēda est hæc interpretatio, quā Leus solam vult esse sacrosanctam. Iudex cum pronunciat sententiam, non pronunciat afflatu spiritus sancti, an ideo pro

protinus huius sententia aduersatur spiritui sancto? Imo  
scriptores orthodoxi, frequenter inducunt interpretatio-  
nem alienam a sententia eius, qui spiritus afflatu scripsit.  
Argumento est quod sæpe pugnant inter se quæ adferunt  
An protinus aduersatur spiritui sancto, quod vir pius pro  
suo captu collegit e sacris verbis, etiamsi nõ assequitur ve-  
rum sensum spiritus sancti? Præsertim cum pius sit quod  
adfert, quæ non congruens ad eum locum, congruens ta-  
men ad bonos mores? Ad hæc si nulla fides interpretatio-  
ni varianti, nulla fides erit enarratoribus sacris, non infre-  
quenter inter se dissidentibus Nulla fides Hieronymo, qui  
nonnunquam secum ipse dissidet. Etiam atque etiam vide te quæ  
fo lector, quibus dialecticorum argutijs mecum agit Le-  
us, quibus laqueis me captat. Mox ceu rem adamantinis  
rationibus enicisset, perorat ad hunc modum. Proinde po-  
stea quæ inter nos conuenit, nihil esse mutandum expendam-  
us, an hic locus in Capite annotationum obnoxius sit mu-  
tationi Obsecro te inter quos conuenit? An istiusmodi fri-  
uolis lemmatis cuiusque persuaderi putat nihil esse mutandum  
in codicibus sacris? Definire magis oportebat, quid esset  
mutare sacram scripturam, si voluisset videri dialecticus.  
Et eo constituto, proferre Chryssipeas illas *ἑταρῶν γὰρ*. Ve-  
rum hæc qualis qualis est disputatio quæ ad hunc locum ni-  
hil attinebat tamen auxit annotationem, perse pusillam ac  
ieiunam. Quæ in proximam æditionem & hunc annota-  
ram locum. Nec hunc solum, verum & alios nonnullos,  
quos Leus non attigit, Hic ilico vociferabitur Leus me  
mendacem, & ingratum. Patiar, nisi producam testes, qui  
bus ostendi locos, in contextu paucos, in annotationibus  
comptures mea manu vel correctos, vel locupletatos, po-  
tissimum occasione paraphraseon: multa diligentius excu-  
tienti. Porro quod ait Chrysoctomum consentire cum gre-  
cis codicibus quod apud hunc quoque reperitur additum  
nomen Iesu, posthac non clamabit opinor quicquid discre-  
pat

pat in græcis voluminibus a latinis, ab hæreticis fuisse de-  
prauatū, nisi forte Chrysoſtomus hæreticā lectionē sequi-  
tus eſt. Si probat, quod Chryſoſtomus addiderit Ieſu no-  
men, adimit fidē noſtræ lectioni, Sin diffidit Chryſoſtomo  
ne poſt hac vrgeat me illius autoritate. Sed quo tandem ar-  
gumento probat Leus, quod Chryſoſtomus legerit Ieſu  
Chriſti? An quia ſic habetur ſcriptū in codice? Quali ſcri-  
be non ſubinde chartis illinant, nō quod reperiūt in exem-  
plari, ſed quod impreſſum eſt memoriæ. Certe nullā conie-  
cturam præbet interpretatio, vnde queas diuinare, quod  
Chryſoſtomus addiderit nomen Ieſu. De Chriſto, hoc eſt  
de Meſſia meminit, de Ieſu nō meminit. Vbi nūc eſt ille  
cornutus ſyllogiſmus, quo me miſerū conſtringit. Si bene  
habēt græca: cur omiſi ſit? Sin male, perperā adderetur &  
latinis, Quasi vō hoc agatur, vt ſi qd in græcis codicibus  
diſſideat a noſtris, protinus radantur latina. Iam qd ſequi-  
tur non ſatis intelligo, Itaq; ex græcis libris, ſaltem hoc lo-  
co, vt ne ſimpliciter dicam, niſi vbi talis locus occurrit, cor-  
rumperentur potius, q̄ caſtigarentur exemplaria latina. Si  
ſentit de græcis deprauatis, cur addit, ſaltem hoc loco? An  
non quouis loco deprauarentur latini codices, ſi ad græ-  
cos deprauatos mutarētur? Deinde quid ſentit hic ſermo,  
vt ne ſimpliciter dicā, niſi vbi talis locus occurrit? Nō poſ-  
ſum refellere quod nō intelligo, Et hic mihi tribuit eloquē-  
tiam, ad inuidiā vſq; mirabilem, cum ipſe tanto dicat arti-  
ficio, vt homo nō omnino rudis Romani ſermonis non af-  
ſequar. Sed opinor hic ad manum illi nō fuiſſe, qui locis  
aliquot addidit, nitorem ac mūdiciem vt ipſe vocat Eraſ-  
micam. Tameſi diuino Leum hoc ſenſiſſe, ſi in codicibus  
græcis occurrat locus incorruptus qui in latinis codicibus  
ſit deprauatus, recte in noſtris emendari, quod viciatum  
eſt. At vbi interim illa lex, quæ vetat quicq; immutari? Ad  
hæc cū belle commentus eſt epitalim illam, hoc magis eſſe  
nefarium omitti, quo ſacratius eſt nomen Ieſu, quali non  
multo

multo sceleratius sit in litteris sacris omitti pusillum aduer-  
biolum, non, aut addi, non suo loco, q̄ nomen Iesu, q̄uis  
sacro sanctum. Ut ne dicā in Christi vocabulo & Iesu no-  
mē cōprehendi, Deniq; negat se velle vt libris Latinis hic  
addatur nomen Iesu, q̄uis sacrosanctum, quasi protinus  
hoc futurum esset, ni Iesus fieri vetuisset. Hac est illa lex,  
qua, sicuti testatur, perpetuo me stringet tota hac disputa-  
tione. At ista lex non minus vrgebit interpretē hunc, cui  
Iesus nihil nō tribuit, q̄ me. Cōstat nouū testamētum græ-  
ce scriptū, & scriptū afflatu diuini spiritus. Hoc mihi cum  
Leo conuenit. At interpretes hic nō paucis locis addit aliqd  
de suo, vel explicandæ rei gratia, vel coactus idiomate græ-  
ci sermonis, non respondentis ad orationem latinam, vel  
animi gratia. Cur ille non veretur infuriam facere spi-  
ritui sancto? Sed harum naniarum plus satis. Atq; his aui-  
bus feliciter auspiciatus, p̄git ad reliqua. Ad quæ priusq̄ res  
pondeā, videor mihi meo iure facturus, q̄n Iesus vsq; adeo  
inclemēter plumas suas a me reuellit, vt frequēter auferat  
& meas, si vicissim hic in illo desyderē ingenuā animi gra-  
titudinem. In schedula, quam ab Atensis scriba quidam in-  
terceperat, prima erat annotatio, ex Chrysostomi lectio-  
ne, scribendum in Matthæo, ad virginem desponsatam vi-  
ro, cui nomen Ioseph, de domo & familia David, atq; hanc  
clausulam existimabat vehemēter pertinere ad explican-  
dam CHRISTI genealogiam, Verum hic errorem su-  
um intellexit partim ex meo colloquio, partim ex annota-  
tionibus posterioris additionis, ac prudenter omisit, quod  
perperam scripserat, nec tamen agnoscit, cuius beneficio  
vitauit eum lapsus. Siquidem quod Chrysostomus inter-  
enarandum retulerat, ex Euangelio Lucae, Iesus existi-  
mabat addendum in Matthæo, quem explicabat Chryso-  
stomus. Fateatur oportet hic quod addi volebat, non esse  
in libris Latinis, & eos non patitur a quoq̄ emendari. Græ-  
corum codices omnes habet suspectos. Et vnde volebat  
hoc addi, nisi ex Græcorum codicibus? Sed nititur autori  
tate

tate Chrysoſtomi. Quasi ego non passim nitar autoritate  
 talium virorum. Postremo si fatetur alicubi deesse nostris  
 voluminibus, detrahit illis omnem autoritatem, si modo  
 recipimus ipsius ratiocinationem. Omisit & illam, quæ tū  
 erat illi, nisi fallor, quarta, in qua me notat, quod ita putarim  
 rectius vertendum, noli timere adiungere tibi &c. q̄ noli  
 timere accipere coniugem, quod accipere coniugem La-  
 tinis dicatur, qui ducit vxorem, At Ioseph iam duxerat. Et  
 hic obiicit mihi Chrysoſtomum Latine versum, cum ego  
 loquar de proprietate verbi Græci *καταλαβειν*. Atq; hac q̄  
 de re illum admonui. Quod si mihi tum plures annota-  
 tiones suas communicasset, fortasse lapsus esset in paucio-  
 ribus, ac melius illi consuluissem inimicus, vt putat, q̄ ipse  
 sibi nimium amicus consuluit, qui maluerit luce pariter ac  
 meæ famæ labem aspergere, q̄ vtriq; bene consultum esse.

#### AD SECVNDAM

**A**nnotaram ex Hieronymi comentarijs, quos scrip-  
 sit in Matthæum colligi, quod is legerit, Ecce vir-  
 go in utero habet. Atq; hanc rem ita perplexe tractat Leus  
 vt existimem ipsum vix intellexisse quod scriberet. At ne  
 multa repetendo nimium in his teram opere, relegere lector  
 quæ congestimus hunc in locum in æditione posteriore,  
 Obiicit mihi Chrysoſtomum qui legat habebit, quasi istuc  
 negem, aut quasi non idem legam ipse. Obiicit, quod alijs  
 locis Hieronymus citet in utero habebit, quasi vero sit in  
 frequens Hieronymo, vti vulgata lectione, quam tamen  
 alibi reprobet. Et fieri poterat, vt hic q̄q; librarius, pro ha-  
 bet scripserit habebit. Atq; hic mihi Leus citat verba Hie-  
 ronimi, quorum nulla erat mentio in schedis quas habe-  
 bat Atenſis, videlicet vt lector ignarus, arbitretur me hæc  
 ex huius annotationibus addidisse in æditione posteriore  
 Deinde ex Hieronymi verbis colligit quædam <sup>variosa,</sup>  
 quibus ipse offensus, etiã in priore æditione reieci Hiero-  
 nymianã

nymianam annotationem. Habet, inquit, presentis est tē-  
poris, quasi quisq̄ hoc ignoret. Sed rem norat prateriti tē-  
poris, nempe concepisse. Cum enim habere in utero, nihil  
aliud sit Græcis, q̄ esse gravidam, nec grāvida dicitur, nisi  
quæ concepit, iccirco Hieronymus meminisse tēporis præ-  
teriti. Sed Leus ne pereat prateritum, vult legi habuit, qd̄  
id verbum sit prateriti temporis. Eadem opera legere po-  
terat, habuerat, aut habuisset. Verū habuit, nō congruisset  
cū eo qd̄ sequitur, & pariet filiū. Nam si credimus Hiero-  
nymo, prophetiæ sermo partem alteram refert, tanq̄ præte-  
ritam, alteram veluti futuram. Iam virgo est grāvida, quæ  
suo tempore pariet, quod in utero gerit. Existimat autem  
Leus, rem pulchre posse consistere, si oīa verba mutantur  
in idem tempus. Virgo in utero habuit, peperit filiū, &  
vocauerunt nomen eius Iesum. Negat eundē esse sensum:  
quies mutatur tēpus, Atq̄ hoc frequēter fieri in pphetarū  
oraculis docet Hieronymus, eum & Latinis vulgo vicisse  
dicantur, quos certū affirmamus victuros, & perisse, quos  
asseueramus perituros. Tempus diuersum, sed sensus idē.  
Tandē huic consilio diffusus Leus, decernit hunc locum in  
Hieronymi cōmentarijs esse subdititiū, eoq̄ radendū, me-  
q̄ obiurgat, q̄ hoc neglexerim; cū in emēdando Hierony-  
mo verlarer. Quasi ego totū Hieronymū emendandū su-  
sciperim, etiāsi Amorbachijs adfui, si quādo hærebāt. Hic  
nō hærebant, nec adfui semp̄ Basileæ. Deniq̄ quasi nouū  
esset, si in his etiā voluminibus, quæ ppriæ mihi susceperā,  
resedisset aliqd̄ mendax, vt nō dubito quin resederit. Si sub-  
dititiū putat, cur iubet corrigi? Sed dispūgi mauult, etiam  
nullis exēplaribus suffragātibus, Leus ilico vult expūgi,  
in medijs Hieronymi cōmentarijs, si qd̄ nō satis approbat.  
Quanto ego modestius, q̄ veritus mutilare cōmentarios,  
q̄s autor agnoscit, indicaui qd̄ me offenderet. Qd̄ si semp̄  
eēt eradendū, qd̄ in Hieronymi scriptis nō p̄bo, nemo me  
ferret cū mea nouacula, Imo Le<sup>9</sup> ipse falsariū clamitaret, q̄

tam sacrum autorē mutilassem mea temeritate. Vides erudi-  
dite lector, quanta sit hic iocandi materia, si tam iniquus es-  
sem in Leum, quā ille in me. Ac post ubi mihi reuellit plu-  
mas, demiratur quod adhuc persistam in sententia, videlicet tan-  
periculosa. Sed in qua tandem sententia? An quod Hierony-  
mus legisse videtur habet, pro habebit? Id negari non po-  
test, ac ne Leus quidem negat. At hoc est, quod nos annota-  
uimus, & tamen ab Hieronymo dissentimus, etiā in addi-  
one priorē. Neque video, quid hinc glorię sibi veniat Leus.  
Fatef, inquit, quod ego monui, hunc locum esse deprauatum, quē  
utcumque restituit, ut pro habebit, legatur habet. Sic. Euāgel-  
ista autē, quia non de futuro, sed de pręterito narrat historiā, muta-  
uit accipiam, & posuit habet. Qui enim habet, nequaquam acce-  
pturus est, Deinde subnectit verba mea ex posteriore addi-  
tione. Certe ex hac clausula, Qui enim habet, nequaquam acce-  
pturus est, palam est Hieronymum legisse habet, non habebit.  
Mox Leus. Sic commodius cōnectit locum. Obsecro quid hic ad-  
monuit Leus? An legendum esse, habet, in Hieronymo?  
Appello eos, penes quos iam menses aliquot fuit exem-  
plar Leicarum annotationum, relegant, & si quid huius-  
modi compererint, credant Leum omnia vera dicere. Do-  
cuit me legendum esse habet, At in hac ipsa annotatione,  
quam excudit, conatur probare, non posse ferri verbum  
pręsentis temporis, & contendit legendum habebit. An  
hoc est admonere, in commentarijs esse legendum habet?  
Nec aliud dico in posteriore additione, quam dictum erat  
in prima, sed quod illic paucis perstrinxeram, fretus inge-  
nio lectoris, hic explanatius refero, iam expertus tantum vi-  
rum hac hallucinatum occasione. Si nesciebam in Hiero-  
nymi commentarijs scribendum esse habet, quorum sum igitur  
attinent illa verba mea prioris additionis, Cęterum di-  
uus Hieronimus, hunc enarrans locum, legisse videtur  
pręsentis temporis, non futuri. Cur non admo-  
nebas, inquit, loci deprauati? An hoc non est satis admo-  
nuisse

monuisse, rem oculis ostendisse? Nolebam esse incivili-  
 lis, in opus, quod tum nondum exierat in lucem. Porro  
 quod senserim verbo presentis temporis, intelligi rem pre-  
 teriti temporis, vel illa verba declarant, quæ mox subijcio,  
 quasi propheta cen futurum prædixerit, Evangelistare-  
 spererit ad id quod erat factum. Sed hic non approbat  
 meam rationem, quum non vique quaque sit idem, gravi-  
 dam esse, & concepisse, quum concepisse dicatur & quæ  
 posuerit utrum. Atqui, quum de eo loqueris, quæ sit pari-  
 tura, quod gestat in utero, prorsum idem est concepisse,  
 & gravidam esse. Sed quin eodem lemmate rejicit hoc en-  
 thymema Hieronymi Qui enim habet, nequaquam acce-  
 pturus est. An quæ semel concepit, non est postea conce-  
 ptura foetum alterum? At commode inquires interpretan-  
 dum, non conceptura est, quod iam concepit. At cur non  
 æque commode interpretaris mea. Non arbitror hæc  
 a Leo scripta serio, tantum vlcisci me voluit, qui ut ait, pro-  
 uocarim ipsum aliquando ad palestram dialecticam.  
 Scio rides iam dum lector, hæc pueriles naniæ, sed his  
 urgeor ab ijs, qui me faciunt incendiarium ecclesiæ Chri-  
 sti. Tandem perplexus, & æstuans inter has difficulta-  
 tes, confugit ad Evangelium Hebraicum, quod ait male  
 versum a nescio quo, quum mea sententia probabilis sit,  
 Matthæum, Græce scripsisse, quam Hebraice, nec desint  
 auctores, qui putent hoc Evangelium ab Ioanne Euange-  
 lista versum in linguam Græcam, Seda quocunque ver-  
 sum est, hæctenus eam translationem approbavit ecclesia  
 catholica. Quod si ea translatio caret fide, nec est alia, un-  
 de habemus nostram translationem, vides mi lector, quid  
 consequatur. Atqui Hieronymus in catalogo testatur se  
 vidisse Evangelium secundum Matthæum Hebraice scri-  
 ptum. Cur igitur nusquã hinc petit præsidia, cum frequen-  
 ter hæreat in Matthæo? Si quid vidit, vidit Evangelium  
 Nazoreorũ, qd' quidam videri volebant ab ipso Matthæo

conscriptum. Ex hoc subinde citat testimonia, cū ex altero  
nuncq̄ verbū adferat, alioqui vir in his rebus non incurio-  
sus. Sed hac de re copiosius alias dicetur, quando ad hūc lo-  
cum non admodum pertinet. Iam quod disceptat de voci-  
bus hebraicis, quę sunt in prophetia, respōdeat loānes oco  
lampadius, quo autore hoc admiscui meis commentarijs.  
Cui vni nō Paulo plus tribuo q̄ multis Leis. Ille quātus sit  
in linguarū peritiā, testant̄ illius æditæ lucubrationes. Hic  
nuper cœpit hebraissare, idq̄ nullo pene præceptore. Neq̄  
est, quod clamitet me mihi vindicare laudem alienam, cū  
ingenuè testatus sim, hac in parte me Theseo vsū, etiam  
si in posteriore æditione pleraq̄ amputauimus. Et quod  
in priore fuit admixtum, magis additum est in gratiā Ty-  
pographi, q̄ ex animi mei sententia. Nam hoc agebatur il-  
li, ne quis facile posset emulari, quod tum ppaucis essent  
hebraicæ formula. Hanc opinor annotationem nemo sibi  
vindicabit, cum sit Germanissima Lei.

#### AD TERTIAM.

**M**athari. v. **Q**uod Christus vetuit suos omnino iurare, quoniā  
negari non possit alicubi iurasse apostolos, & hodie inter  
Christianos adeo receptum sit iusurandum, vt nihil habe-  
atur fere ratum, nisi intercesserit iusurandum. Iurat popu-  
lus principi, Iurat princeps populo. Iurant sacerdotes epis-  
copo, Iurant Cardinales, & episcopi, Romano pontifici.  
Hic igitur quatuor vjs, querebam exitum ex oblectio-  
num laqueis. Primum vt distinguamus personam, deinde  
causam. Præterea consideremus sermonis tropum, Postre-  
mo mentem modumq̄ iurandi. Quod ad psonam at-  
tinet, Iudæis vt imperfectis permissum est iusurandū, Chri-  
stianis vt perfectę iusticię sectatoribus interdicitur. Quod  
ad causam p̄tinet, hoc est materiā & argumentū iurandi  
dī, propono iusurandū non esse vitandū, in his quę perti-  
nent ad gloriā Christi, ac negociū pietatis fideiq̄ Christi-  
anae

ana. In rebus leuioribus non item. Quod ad tropū oratio  
nis attinet, ostēdo sermones huiusmodi nō exigēdos ad ar  
gutationem sophisticā, sed ad rei summā. Quē admodum  
em̄ Christus cū prohibet, ne peram aut baculū circumfera  
mus, nō hoc agit, vt videatur Euangelij doctrinā violasse,  
qui baculū aut peram circūferat, quod citra culpā faciūt &  
ñ, q̄ profitētur institutū apostolicū, sed vt liberet suos præ  
cones ea sollicitudine parandi cōmeatus, qua laborāt hoīm  
legati. Quod ad mētem modūq; iurissurandi pertinet, etiā  
si hoc quartū non est prorsus diuersum a superioribus, ad  
moneo Christum nō simpliciter vetuisse, ne iuremus, sed  
ne iuremus eo more, quo tū iurabat vulgus. Sic em̄ iura  
bant Iudæi, vt existimarēt se non obligari ad prestāda pro  
missa, nisi iureiurando aut voto essent obstricti, propterea,  
quod simplici mēdacio nullam poenā præscriberet lex. Sic  
vetuit salutare quemq; in via, sic vetuit dītescere, sic noluit  
nos resistere malo, sic noluit nos appellari magistros, aut  
patres in terris. Atq; hic quoq; Deus miscet dialogismos.  
Nec satis cōmemini, nūquid responderim. Magis arbitror  
nihil esse respōsum, sed hoc qd' dicit me respōdisse desum  
ptum ex posterioribus annotationibus. Verū hac de re ni  
hil pugno, tāetsi stultū sit ea vocare in seriam dīsputationē,  
quæ sic ex tēpore notarim, vt vix crederē eū cui vni scribe  
bantur esse lecturū. Fatetur Deus iurissurandū esse tributum  
Infirmis. Infirmos aut vt opinor, vocat imperfectos. Cū idem  
ego dicam, tamē negat internos cōuenire, quod pfectos  
separem a vulgo. Imo pfectos separem a Iudæis. Atq; in eū  
sensum accipio illud. Si vis pfectus esse, vade & vēde & ē  
Bonus erat Iudæus, Seruarat præscripta Moysi, Si vis in  
quit esse meus discipulus, hoc est pfectus, me sequere. Ad  
oēs inqt Deus Christianos pertinet Christi canones. Hoc  
cū illi nō sint donaturæ Theologorū centurię, neq; veterū,  
neq; recentiorū tamē ego largior. Nō quod oēs Christia  
ni pfecti sint, sed quod horum professio, collata ad Iudæo  
rum

rum professionē sit perfecta: qui pro suis viribus, adnitenti-  
 tur ad exemplar perfectū, quod est Christus Iesus. Quod si  
 Christianos appellamus, quicūq; Christū profitentur, quis  
 neget inter hos esse imperfectos, cū sint & parricidæ? Ve-  
 ne cōmemorem, quod Leisermo, secū ipse pugnat. Notat  
 me, quod perfectos separat a vulgo Christianorū. Si Chri-  
 stiani suū habent vulgus, qui cōstat, vt nō habeant imper-  
 fectos? Sed ad rem, Quod hic flagitiū admissum est, si de-  
 monstravi rationes aliquot, fortasse nō tam absurdas, q̄ pa-  
 tat Leus, quibus huiusmodi difficultas possit dissolui? Sed  
 illud impingit, quod reiecerim veterū opiniones, idq; col-  
 ligit ex vnica cōiunctiōcula, verū que sit aduersaria. Vt illi  
 largiar esse verū, quod colligit ex illa vocula, Verum, qui-  
 minus mihi liceat alicubi, quod ipse sibi sumit Leus, quo-  
 ties cōmodum est. Nunc cū scripserim, verū opinor, quid  
 aliud, q̄ meam opinionē illorū opinionibus admisceo, quo-  
 lector eligat, quod maxime probet? Atq; hic quoq; mo-  
 net lectorem, me non cecinisse palinodiā: nimisq; in re tam  
 periculosa. Quæro te lector, quid fructus est, ad hūc modū  
 puerilibus argutationibus cōflictari. Atq; hæc nisi scripsis-  
 set Leus, religio Christiana vergebat in extremū periculū

Matth. vi.

AD QVARTAM.

**I**N calce precationis dominicæ, greci codices addūt hęc  
 Coronidem, qm̄ tuū est regnū & potentia, & gloria in  
 sæcula sæculorū. Eam admoneo mihi videri sic additam ex  
 solēni more cultus ecclesiastici, quo, apud Latinos in clau-  
 sula psalmorū accinitur gloria patri, præsertim cū nullus in  
 terpretū attingat hęc clausulā, præter Theophylactū Bul-  
 gariensem episcopū. At Leus obijcit, Chrysoptomū inter-  
 pretari, atq; ita cōperi in vulgatis codicibus, quos illius no-  
 mine legimus. Alioqui quicquid fere apud Græcos habe-  
 tur cōmentariorū in scripturā sacram, Chrysoptomo tribui-  
 tur. Adeo videtur huius nomē apud illos fuisse plausibile.  
 Ferūtur aut̄ huius cōmentarij in Matthæū, adeo diuersi, vt  
 aliquo

aliquoties ex diametro pugnet inter sese. Preterea quid mi-  
raris, si quis studiosus, quod putaret deesse in Chryostomo  
adiecit aliunde, quemadmodum eximitus Theologus, Iodo-  
cus clithoueus quod habet in Cyrilli commentarijs q̄s ad-  
dit in Ioannē, scripsit ex Augustino. Postremo, demus Chry-  
ostomū interpretari voluisse, quod haberet solēnis vsus  
ecclesiae, nō cōtinuo docet hāc esse partē dominicae preca-  
tionis, nō magis, q̄ si quis enarrato psalmo, nō nihil etiā cō-  
mentetur in versus duos adiecticios gloria patri &c. Verū  
quid tandē hoc loco sibi vult Deus? Placet addi, an nō pla-  
cet? Si nō placet, mecū sentit, Si placet, cū nō possit addi ni-  
si ex grācis exēplaribus, his inq̄ quibus vtūtur hodie grā-  
ci, vbi est, quod alibi vetat nostros codices, ad grācorum  
exēplaria corrigi? Atq̄ adeo si libet cauillari, si vult addi,  
& nos addimus in cōtextu. Si nō placet addi, demōstrau-  
mus nō addendū in annotationibus, Hieronymus, non est  
dubū quin cōsulerit grācos codices, et Deus videri vult  
hāc additionē ab Hieronymo fuisse castigatā, & tū is ne in  
cōmentarijs quidē meminīt huius coronidis, ne qd loquat  
de Cypriano, q̄ peculiarē libellum huic precatiōi dicauit,  
Admonet nos Deus esse tolerabilis, si quis p̄ imprudenti-  
am subtrahat aliqd̄ de sacris voluminibus quā si quis addat.  
Quod si Deus vtrobiq̄ ponat imprudentiam, non video,  
quid intersit. Alioqui cur ante tantopere stomachabatur,  
omissum esse Iesu nomen? Deniq̄ laudat hic me, qui tan-  
tum tribuam auctoritati sanctorum & ecclesiae catholicae:  
Vtinam inquit, idem semper fecisses, Sic non toties mutat  
ses lectionem ecclesiasticam. Vix impero stomacho meo  
Quid? an ego vsq̄ negligo auctoritatem ecclesiae aut san-  
ctorum? An vsq̄ mutō lectionem ecclesiasticam? Qui  
palam testor, me mihi nihil tale sumere, sed totam eam pro-  
uinciam relinquere primatibus ecclesiae. Non hic querat  
qd̄ rursus impingit mihi schedas meas, nunq̄ a me relectas  
q̄bus si vult esse pondus, proferat vicissim & ipse suas illas  
schedas

schedas rudes, ac puras p̄ntas, quas postea locupletauit se-  
 poribus, ac myrothecijs rhetorum, quas elimauit, quas ad  
 amissum absoluit. Arrodit obiter & hoc, quod Theophy-  
 lactum appellarim abbreviatorem Chrystomi, cum in  
 nonnullis a Chrystomo dissentiat. Quasi Florus ideo nō  
 scripserit epitomen, in Titi Liuij historiam, quod aliquid  
 addiderit de suo. Atq; hanc rem tanti momenti, pollicetur  
 sese alibi annotaturum. Minus, inquit, est periculi in detra-  
 hendo, q̄ in addendo. At non hic discrimen facit lex Deute-  
 ronomij, aut Apocalypsis, qua me strigit, Ea nec addi vult,  
 nec adimi quicq;. Deniq; Hieronymus, cū tam multa muta-  
 ret in vetere pariter ac nouo testamento, an non defere-  
 bat autoritati ecclesiasticæ? Ego quod muto in priuata le-  
 ctione, non volo quicq; habere ponderis, nisi comprobet  
 ecclesiastica autoritas. Iam Leonis iudicium habemus, an  
 id nihil valebit, nisi subscribat Leus? Et contemnere vide-  
 bor autoritatem ecclesiasticam, nisi ad huius regulam scri-  
 psero, quicquid scribo? Tales annotationes scribit, qui tam  
 to supercilio contemnit Erasmus, nihil illi tribuens preter  
 eloquentiã, sibi sumens ex uditione, & acumen ingenij.

#### AD QVINTAM

Matth. viij. **N**oras, inquit Leus, Euangelistam, quod aliquanto  
 coactius adduxerit autoritatem ex Esaia. Imo nota-  
 di verbum, Lei est, nō meum. Siquidem hic idem ago, qd  
 agit Chrystomus excusans Mathæum, quod prophe-  
 te locum non nihil deflexerit ad suum negocium, quodq;  
 illic dictum est de passione Christi, deq; sublati hominum  
 peccatis, hic accōmodet, ad agrotos sanatos. Sed idem, in-  
 quit Leus, facit reuerētius multo Hieronymus. Quali ve-  
 ro dictum sit irreuerenter, aliquanto coactius Hieronymus  
 inquit, si qd tale inciderit, tribuit autoritati apostolicæ, qua  
 si ipse non idem faciam, qui non ob aliud hoc admonui, q̄  
 ne lector offenderetur citatione Matthei. At Hieronymus  
 non veretur de Paulo dicere, quod fortuitum occursum in  
 scriptiois

scriptionis torserit in argumentum fidei, quod testimonia  
scripturarum, apud illum pugnant, quae suis locis non pugnant.  
Non veretur excutere testimonia Evangelistarum, quae ci-  
tant ex testamento veteri. Non puto inquit Deus coactius  
locutus, cuius spiritu ille scripsit, quasi totus divinae scriptu-  
rae sermo, non ad nostrum captum ubique balbutiat, Quasi Chri-  
stus ipse non multa dicat oblique, non multa dissimulanter,  
non quaedam etiam ironice, videlicet sermonem suum attem-  
perans ad affectus eorum, quibus tum loquebatur. Paulus  
habet consilium, quod non habet a domino, habet domini  
preceptum, quod ipse non exigit: Et miramur si Evangelista,  
propheta sermonem ad rem suam accommodat? Et tamen hoc  
ipsum bis diminui, Habet enim mitigationem aliquam, primum  
comparatum ipsum coactius, nec eo contentus adijcio pau-  
lo. Postremo quod dico coactius non refertur ad mentem spi-  
ritus, sed ad sermonis superficiem, unde mira libertate subin-  
de deflectit Paulus, ut alicubi videri possit violentior, At  
non discedit interim a consilio divini spiritus. Iam in indice  
non recipit Deus meam moderationem qui mutarim, non nihil  
deflexit ad suum negotium, Si deflectere inquit est aliquo-  
modo errare, non recta ire, plane temerarium fuerit de Evange-  
listis sentire, quod deflexerint. Quis sic interpretatus est de-  
flectendi verbum? Quoties Christus sermonem aliorum, ad  
alterius sermonis occasionem deflectit, velut in colloquio  
cum muliere Samaritana, de comonstrata templi structu-  
ra, De ostenso Caesaris nominis. Quomodo tuebimur  
Paulum qui titulum arae torfit in argumentum predicandi Chri-  
stus?

AD SEXTAM.

Matthaei .ix.

**A**D sextam illius annotationem, non est cur responde-  
am, Cum inter nos nulla sit controversia. Cum mihi  
Basileae primum a dederetur hoc opus, suppeditatum est nobis e  
Bibliotheca praedicatorum volumen graecum homiliarum Chry-  
sostomi Titulo, in Mattheum, sed imperfectum. Ex eo quod diu  
suppetebat, quaedam annotavimus, in quibus & hoc, quod  
D. i. cum

eū nos ter interpret legisse videretur, *ἰδὼν* quandoquidem  
 venit. Videns autē Iesus, admonui in eo volumine scriptū  
 fuisse *ἰδὼν* id est cum sciret Iesus, verbo nō nihil immutato  
 sensu manēte q̄ fuerat. Id cū iudicassem in Scholijs,  
 tamē, quod in græcis voluminibus cū nostra lectione con-  
 gruebat, præsertim cū eos cōmētarios suspicarer falso inscri-  
 bi Chrysofomo, cui apud græcos nihil prope nō inscribit̄.  
 Atq̄ hac q̄dem in re mihi subscribit̄ Leus. Quid igitur an-  
 notauit, aut qd̄ a me mutātū voluit? Quādoquidem hanc  
 locū recēset, inter eos in quibus noluerim *καὶ ἰδὼν* homo  
 periculose pertinax. Iam quod scribit̄ in nonū Matthæi Ca-  
 pitulū non haberi Chrysofomū latinū, aut nō intelligo qd̄  
 dicat, aut demitor quos oculos, quosue codices habeat Le-  
 us, cū ego reperiā huius enarrationē in nonū capit, quē ad  
 modū & in cætera in quibus tamē interpret venterit, vidēs,  
 quid græce legerit incertū. Porro quod sequitur apud Le-  
 um, multo minus intelligo. Ait sibi titulū, quē mihi fateor  
 fuisse suspectum hoc nomine, sibi magis etiam suspectum  
 esse, quod interpret Chrysofomi Capitulum hoc omise-  
 rit, quod consentaneum est non fuisse omisurum, si vl-  
 lus codex Græcus, quo is utebatur habuisset. Nam ni-  
 hil dubito habuisse illū diuersa exēplaria græca, quā inter-  
 pretaretur. Vt demus omisurum ab interprete capit, quod  
 ipsa res me tacēte refellit. Quid? an interpret habuit omnia  
 græcorū exēplaria? Sed finge illū habuisse centū, non po-  
 tuit vnū habere, quod in centū nō habebatur? Quod meū  
 fatū, vt cogar huiusmodi deliramētis respondere. At quæ  
 frōs, hæc scribētis orbi, hæc scribentis in Erasimū, hæc pra-  
 hentis ad Christianæ fidei periculum.

#### AD VII.

Mat. xliij.

S<sup>E</sup>ptima annotatio nihil pertinet ad emēdationem no-  
 ui testamenti, Tantum moueram scrupulum lectori,  
 Cum apud hebræos fratres dicantur, non solum quibus  
 sint

sint communes parentes, verum etiam qui sint eiusdem familiae aut etiam gentis ac tribus, qua quidem in re diuus Hieronymus eleganter irriserit incitiam ac stuporem Heluidij, qui quod in Euangelio legisset fratres Iesu, putarit Mariam semper virginem: post aditum Iesum, alios fuisse liberos ex Ioseph, demiror, cur idē Hieronymus hūc enarrās locum, scripserit, Miraris si errant in fratribus, cum errēt in patre: Nam in patre tota errabant via, suspicantes Iesum vulgari more genitū ex cōplexu Ioseph & Mariæ. Sed illud disquiro, quomodo errarint in fratribus cum nihil vetuerit eos esse cognatione coniunctos Iesu. Neq; em̄ Iudæi sic existimabāt Iesum filium Ioseph, quē admodum narrat Euāgelista Lucas. Alioqui nō errassent in patre, quā ait Hieronymus. Hūc nodum ita dissoluit Deus, vt dicat, quē admodum Ioseph falso putabatur pater Iesu natura, ita Iacobum, Ioseph, Simonem & Iodam falso creditos naturā fratres Iesu. Quod si Deus natura vocat fratres cognatione coniunctos, nihil vetat hos natura fuisse fratres Iesu. Atq; hic nihil asseuero, tantum obiter inquirendum propono. Sed Deus non contentus mihi impingere, quæ sic obiter annotaui, obijcit & ea quæ fortasse plusq; ex tēpore notaram in schedis illius. Quasi vero sit mihi reddēda ratio omnium quæ quocuncq; modo notantur. Finge me nō nihil annotare in margine codicis mei, quod mihi præbeat occasionem dispiciendi, num cōtinuo compellar tueri: Si Deus suas schedas quales tū erant euulgasset, erant autē perq; ieiunæ, tamen a me posceret iniquum, Cum ille suaper ocium scripsisset, ego aliud agens ex tempore non scriberem sed notarem. Quod si illi erat in animo ea refellere cur eum tēporis nō refellebat. Cur nūc demū iam bis aditoto volumine, meas nēnias profert: suas occultat: Quod tum scripsi, litem adhuc esse sub iudice an Maria & Ioseph fuerint eiusdem familiae, nihil aliud sensi, q̄ hac de re nondum satis conuenire inter Lyrantum & Paulum Burgensem,  
Inter

Inter Iacobū Fabrū & alios quosdam. Nec desunt qui diluunt argumentū legis, vetantis iungi matrimonio, tribu disiunctos, cū demonstrant ex historijs, ob bella, ob demigrationes, sepe confusas fuisse familias. Quod si possit obtineri, Ioseph & Mariam diuersæ tribus fuisse, nō difficile fuerit explicare difficultatē, quomodo errarint in fratribus. Neq; me fugit Iudejs fratres dici, q̄ sint eiusdem tribus, cū hi quoq; fratres dicantur iisdē, qui diuersæ sunt tribus, mō generis Iudaici. Sed hoc in loco nō est verisimile In dicos de longinqua, vehemēterq; generali cognatione sensisse, cū ex fratribus & sororibus æstimēt Christum, quæ admodum & ex parētibus. Notat & hunc locū tanq̄ a me relictum, & addit me nondum sentire, Ioseph affinitatem ad Christū pertinere. Sentio posse attinere, sed quæro an adeo pertineat, vt propinqua cognatione fratres dicti sint Iudeis, qui cū de Ioseph cognatione perperam senserint, verisimile est, & de fratrum nomine perperam sensisse. Verum hæc ad viuum excutere, nec tum erat huius instituti, neq; nunc est animus, præsertim cum sit *ἀνεπιτόλιον*.

#### AD VIII.

Mat. xvi.

**A**dmonueram Petrum aduersantem Christo, totidē verbis repulsum, quibus ante reppulerat diabolum Imo eodem vocabulo compellatū Satan. Quod admonit verū est. Nam ita constanter habetur in Græcis codicibus Sic legitur in exēplari Corsendoncensi, sic in Paulino, sic in hoc, quod ex vetustissimis exēplaribus ædiderūt fratres Amorbachij, sic in eo, qd̄ nūc frequētissime est in manib; ex æditione Iōanis Petri Langedorsij, ac Iōanis Frobenij. Quid Leus in suis legerit nescio. Nec est q̄ hic in me stomachetur, quasi dixerim ipsum cecutire, quod in illi; optinor scheda notatā, in oibus sic haberi, etiā in antiq̄s. Sigdē quoties ita loquimur, utiq; loquimur de his exēplaribus qua nobis cōtigerit videre. Fateor hoc deberi Leo, quod Originis locum inspexerim, qui fortasse me fugisset, fortassis

rassis & ille occurrisset inter tam multos, quos nullo monito-  
re adiecit. Hoc laudis non invidemus Leo, si ita videtur:  
Quin & hoc illi debetur, quod cum in editione prioris scripsis-  
sem, totidem verbis repulsum Petrum, quibus ante repulsum fuisset  
satanas, in posteriore adiecerim adverbium pene, quod cavil-  
lationem excludere, etiam si totidem verbis dicitur, quod pene ipsedem  
dicitur. Hanc igitur plumulam, si videbitur Deus sibi vindicet. Por-  
ro quod Deus non cotentus dixisse totidem verbis, addit, & ipsedem  
plus mihi tribuit, quam ego scripserim. Deinde quod Deus se-  
mel atque iterum huius lectionis mentionem faciens recitat re-  
tro me, quid sibi velit nescio, neque enim hic sermo mihi un-  
quam lectus est, nec a me refertur. Et hactenus sane mihi satis con-  
venit cum Leo. Caterum in hoc nondum est mihi placatus, quod  
in posteriore editione subiecerim mihi non videri multum  
referre, utrum dicas, *οπιωσ αν οπισω μου*, cum alterum sit repellere  
a se, alterum invitantis ad obsequium. Sciebam haec admo-  
nisse Origenem, qui solet in huiusmodi minutis non infelici-  
ter philosophari. Verum hic lubens rogarim Leum, utrum refe-  
rat si exiturus dicat famulo, sequere, an sequere me. Tantum  
opinor referet, an dicas *οπισω αν οπισω μου*. Nisi sentire ma-  
lum diabolum esse iussum, non abire post tergum Christi,  
sed retrocedere, hoc est in tergum suum abire. Neque protinus  
qui iubetur post tergum nostrum abire, iubetur sequi nos. Sed  
is desinit nobis in faciem obsistere, quem repulsum a tergo re-  
linquimus. Cur autem potius offendant nos hic additum pronomen  
me, quam ipsum satanae vocabulum, quod Petro tribuit Christus,  
commune cum diabolo. Cum igitur nec in Graecorum, nec in La-  
tinorum codicibus constanter habeatur, quod annotavit Origenes,  
& elegantem quidem argutiam esse, quod genus multas reperire  
licet, tum apud Ambrosium, tum apud Hieronymum, quae cum in  
commentatione sua habeat gratiam, in seria excussa quoque disputati-  
one non essent habitura pondus. Et tamen faueo annotationi  
Origenicae. Neque quicquam immutandum censeo in nostris  
exeat

exemplaribus, Caterū qñ nullū adhuc grēcū exemplar repperi, quod Origenis annotationē obseruet, nolui dissentire ab eo, quod vertendum susceperam, Si mihi nō fudit Leus vel Aldinam cōsulat æditionem, cuius nulli non est copta.

AD IX.

**S**uscipiat mihi tragœdiā, *ἡ ἀπὸ τῆς λαγυμῆς*, quod interpretis vertit cōmutationem, ego monuerim v̄tendum in eūdem sensum, sed explanat⁹, Quid dabit homo, q̄ redimat animam suā, Ac vociferatur me temere mutasse lectionem ecclesiasticam, cum Hieronymus neget se ausum mutare verbū clarificandī receptū, cum *δοξάζω* magis sonet gloriificare, Primū quādo desinet mihi Leus calumniose impingere, q̄ mutē ecclesiasticā lectionē, cum eā non attigerim. Postremo sic vbiq̄ insulcit suā ecclesiasticā lectionē, quasi Græci non habeant, aut habuerint magis etiā ecclesiasticā, Deinde nō videt aliud eē Hieronymi negociū, aliud meū. Ille nouā lectionē inuehebat ecclesijs, Ego cubiculis durat, ac menseis. Ad hæc quæ religio hic habuerit Hieronymū nescio, certe nōnullis in locis audet dicere in hac lectione, quā Leus appellat ecclesiasticā, redundare quædā, velut in eo loco, q̄ irascit̄ fratri suo sine causa, monet, sine eā additū esse a nobis, non scriptū ab Euāgelista. In veteris instrumenti libris, q̄ multa mutauit, quæ tū diffidebant ab ecclesiastica lectione? Q̄ vero deridet cucurbitarios illos deos in Africa, qui ob, vocolam mutatā in lona seditionē excitarant? Septuaginta int̄pretatio olim erat ecclesiastica lectio, & tamen hanc libere damnat Hieronymus, & alicubi mendacium appellat. Quod sicubi Hieronymus nō ausus est mutare vocē receptā, nihil aliud mouit virum, q̄ ne quid nouitas offenderet vulgus indoctum. Nam id tēporis opifices etiā Latine sciebant. At nūc & periculi nullus est metus. Doctis hæc scribuntur, & constat ecclesie sua lectio, & constabit per me quidem. Hec nihil ad populum, nisi quod seditiosi quidam hæc stultitiam me voci-

me vociferantur apud imperitam multitudinem, in cuius  
stulticia, summum illis praesidiū esse solet, si quē velint vl-  
cisci. Postremo q̄ prudētia fuisset, cum suafu doctorū hoīm  
illud suscepissemus, vt nouū testamentum liberum a solō  
cismis, quantū liceret, inoffensum legi posset, ab ijs q̄bus  
placet sermonis integritas, si prudentes etiam sermonis vl-  
cia veriti fuisset mutare. Quod oli sic vertit interpres,  
id imperitae plebi tributū est, cum euangelium legeretur,  
ab omnibus idiotis, ab agricolis ad stiuam decantaretur,  
a corarijs in officina, a mulierculis in textrinis, ob linguā  
omnibus vtcunq; communem. Propter hos, & apud hos  
Augustinus mauult ossum dici, corrupte, q̄ os, bene La-  
tine. Nunc hic dies alios mores, aliam vitam postulat. At  
vide q̄p̄ belle probet Leus non fuisse mutandam verbum  
cōmutationis. Legitur, inquit, in cōmentarijs Origenis,  
interprete Hieronymo. Legitur in eiusdem commenta-  
rijs, quos scripsit in Osee prophetā. Si toties me vocabit  
in ius Leus, & ecclesiasticę lectionis violatę reū aget, quo-  
ties secus verto, q̄ legit Hieronymo, ingēs volumē annota-  
tionū illi nascet. Sed has minutias, cū sint innūera, iussit da-  
re locū, sic em̄ ille loq̄tur, ne lectorē remorent. Addit aliud  
argumentū. Hieronymus, inquit, in cōmentarijs, quibus  
explicat Amos prophetam, dicit ἀντάλλαγμα significare  
preciū. Quid ego audio? Si ἀντάλλαγμα significat preciū,  
ideo vertendū erit cōmutatio. An cōmutatio Latinis so-  
nat preciū? At q̄to nos melius vertim⁹ ad Hieronymi sen-  
tentia, q̄ transfulimus hūc in modū. Aut qd dabit hō, cui⁹  
p̄mutatione redimat animam suā? iam scire vellē, qd secu-  
tus Leus ex ἀντάλλαγμα fecerit ἀλλάγμα. An hic nō verit⁹ ē  
legē Apocalypsis? An hic volet sibi patrocinari, vel suam,  
vel typographorū incuriā, quā mihi nusq̄ vult esse p̄sidio.  
Equidem audirem, nisi tam subinde impingeret. Atq; hic  
quoq; notor in illius indice, qui rem tam periculosam non  
mutarim, praesertim monitus a Leo.

## AD DECIMAM.

**A**nnotaram nec in græcis exemplaribus, nec in latinis emendatioribus inueniri, quod ipse esset Iesus Christus, sed tantum quod ipse esset Christus. Hic Leus, ut memini, submonuit apud Origenem addi præsertim in cōmmentando. Atq; ita rem habere ex parte comperi. Cū tamen sæpius non addatur, eodem in loco. Verum huiusmodi multa solet librarius e sua memoria addere. Certe ex interpretatione Origenis nō deprehenditur illum addidisse Iesus. Hic Leus in indice suo reijcit etiam, quod addideram in posteriore editione: pronomen *αὐτός* ob stare, quominus addi possit Iesus existimās pulchre consistere, si sermo referatur ad Euāgelistam narrantem, non ad Christū. Si Leus mihi donat hic *αὐτός* esse pronomen vel demonstratiuum vel relatiuū, quid aliud fuerit dicere, quoniam ipse Iesus esset Christus q̄ Iesus Iesus esset Christus. Perinde ac si qs ante loquutus de Petro, subiiciat, rogauit ut eū abduceres, nū addi uellet, ut eum Petrū abduceres? Nam prorsus *αὐτός* nominis uice positum est. Nisi contēdimus hoc loco *αὐτός* discernendi vim habere, ut intelligamus hunc Iesum discretum a cæteris. Quod q̄ sit durum, utro uides lector. Itaq; nihilo mollior est sermo, siue ad Christū precipientem referatur, siue ad Euāgelistam narrantem. Porro quod adijcio de sermonis ordine, aut belle dissimulat Leus, aut non intellexit. Nam ut recte dicimus, ne cui dicas quod Petrus est fur, ita non recte dicatur, ne cui dicas quod est Petrus fur. Leus arbitrat̄ utrumq; posse legi, quoniam ipse Iesus esset Christus, non ita, quoniam ipse esset Iesus Christus. Primū si quod posterius est non legitur, quomodo constabit utrumq;? Deinde cum mihi præscribat Leus ne quid mutem ad græcorū codicum exemplar, qua fronte sibi sumit, ut nullius autoritate fretus, secus legat, q̄ habeat ecclesiastica lectio: Habet em̄ ad hunc modum, q̄ ipse esset Iesus Christus, Sed rixari non libet. Illud admonebo le

bo lectorem, in æditione Aldina græcæ legi, quemadmodum nostri codices habent, an recte nescio.

AD VNDECIMAM:

**D**E niue & lumine, non est nobis controuersia, cum & in priore æditione fatear, Hieronymū & Chrysostomum interpretari, sicut nix. Leus addit ex Origene vtrūq; reperiri, sed apud diuersos, vt opinor Euangelistas. Quod cum ipse non negē: quid annotauit aduersum me Leus? aut quid est quod hic laudem sibi vindicet?

Matth. xvij

AD XII.

**A**D duodecimam annotationem in præsentia nihil respondeo, quod existimem cōmodius esse lectori, si res omnis vnico in loco transigatur: etiā si iam alias et in annotationibus, & in epistola ad Iacobū Hoochstratū videor satis adduxisse duntaxat ad hoc, vt ab hac calumnia liberer. Diuortio non faueo, sed perpetuæ copulæ, nec reuello morem & constitutionem ecclesiæ catholice, his de rebus nulla est inter nos cōtrouersia, tantū hoc inquirō collatis argumētis, an ex autoritate principum ecclesiæ, et ex causis idoneis, possint dirimi cōiuges cum animarum suarū pnicie coherentes, sic vt vtrūq; liberū sit alteri iungi matrimonio. Eran in hāc partē possint accommodare sententiā apostolici sermonis. Hoc satis esse visum est interim admodum lectorē, ne quid suspicetur grauius. Cætera suo redemus loco, declaraturi tragœdiam quā mihi suscitauit Leus de matrimonio, nihil esse nisi fumos.

Matth. xix

AD XIII.

**I**N hoc apud Mattheum loco. Verebuntur forte filium meum, annotaram, nec in græcis exemplaribus nec in latinis vetustioribus, addi forte, nec addi in æditione Basiliensi postrema quæ simul nobis dedit omnes lucubrationes Hieronymianas. Hactenus certe nihil mentitus sum, Sed demonstrat Leus oculatissimus ex ipsa Hieronymi interpretatione, addendum esse ad uerbū forte. In quo

Matth. xxi

facie nondam illi refragor, fingat me tam, vt fit in eo tumul-  
tu parum attente locum eum inspexisse. Non esset tñ, qđ  
vel mihi, vel Amerbachij, fallarij crimen impingat. Neq;  
enim illi in hac additione sequuti sunt translationem meam  
sed fidem vetustissimorū exemplarium. Imo pars ea Hie-  
ronymi fuerat excusa, anteq; nostra instituerentur. Et fieri  
poterat, vt quod illic Hieronymus, aut alius quispiam ad-  
didit, forte, sitamen additum esset, ex Euangelio Lucae ad-  
iecerit, vbi certū est addi <sup>io. 30.</sup>. Et quod illic constat addi-  
tum hic addi poterat. At ne quis existimet hęc me de cri-  
bro, quod aiunt, diuinare, Origenes tanto diligentior his  
in rebus, quam fuerit Chrysostomus, & quidem in eo ope-  
re, de quo nulla est dubitatio, quin sit Origenis, hunc Mar-  
thæi locum enarrans, tota enarratione palam declarat, se le-  
gisse iuxta nostram annotationem, homilia .xix. mouens  
huiusmodi quæstionem. Quum pater familias, qui patris  
typum gerit, dixerit, verebuntur filium meum, & exitus  
doceat illos non fuisse reueritos, apparet deum ignorasse,  
qd esset futurū. Sed præstat, opinor, ipsius Origenis verba  
subscribere. Nouissime misit filiū suū dicens. Reueribun-  
tur filium meum. Quæres autem quomodo deus mittens  
filiū suum dicit, reueribuntur filium meum, quasi q non  
præsciebat, quod ei fuerat euenturum. Nec enim videtur  
secundum textum præsentem Iudæi reueriti eum, & inue-  
nitur in hoc deus nescisse futurum. Sed dicere aliud esse fa-  
ctum impium est. Iterum dicere quoniam reueriti sunt eū  
coloni, falsum est. Sed vt rem in pauca conferam, ita sol-  
uit hunc nodū Origenes, vt dicat, id qđ dictū est in genere  
Reueribuntur filiū meū, constare: propterea qđ aliqui, qui  
Christū amplexi sunt, nō illū occiderūt, sed reueriti sunt. Iā  
cū toties hęc verba repetatur Origeni differēti, tñ sp omittit  
forte. Proinde nec quæstio Origenis cōstabit, si addas forte,  
nec casu factū videri potest, qđ pperno nō addit. Cū igitur  
negari nō possit, Origenē pro nobis facere, qđ respon-  
debimus

debimus ad Hieronymi scholiū, q̄ loquit̄ de ambigendo,  
actēperata sentētia: Quid quod eleganter defendi possit,  
& Hieronymū idem legisse quod legit Origenes? Nā fā  
penumero dicimus hoc futurū, de q̄ nobis bona spes est,  
ita dep̄camur pro vapulaturis, Ignosce, posthac erit bono  
frugi. Ad eū modū cū deus præsciret Iudæos interfecturos  
filiū suū, tñ ita loquitur, quasi spes esset fore, vt reueriti filiū re  
sipiscerent. Nec ista tēperatura sermonis p̄det a forte ad  
uerbio, sed ab ipso euētu. Dissimulabat em̄ more hominū  
loquens, scire se, qd̄ esset euenturū, vt illis relinqueret occa  
sionē resipiscendi, si vellent. Qd̄ si nō facerēt, intelligerent  
se suo pte vicio perire, nō culpa p̄issimilias. Iā clamet Le<sup>9</sup>  
hoc qd̄ afferimus esse somniū, nisi p̄petuo Hieronymus le  
git, verebunt filiū meū, quēadmodū legit Origenes, cui  
tribuit ille plurimū. Quid qd̄ Hieronymus similiter ingre  
ditur hāc quæstionē, vt Origenes. Porro inquit, qd̄ iungit̄  
tur, verebūtur filiū meū, nō de ignorantia venit. Quid em̄  
nesciat p̄familias, q̄ hoc loco deus p̄ intelligit̄. Vides hoc  
offendi Hieronymū, qd̄ secus euenit, q̄ deus euenturū præ  
dixerit. Sed apertius p nobis facit, qd̄ legit̄ eodē in loco. In  
terrogemus Arriū & Eunomiū, ecce p̄ dicit̄ ignorare, &  
Si legisset Hieronymus, forte reuerbūtur filiū meū, potū  
isset videri inscius futuri deus, mentitus videri nō poterat.  
Nā qui sic loquitur cras fortasse rex appellet, si nō appulerit,  
nemini dicit̄ mentitus, cū nihil certi, p̄nunciarit. Quid est  
igitur temperare sententiam? Relinquere locum resipiscē  
tia, dum sermone suo, veluti spem aliquam sibi reliquam  
esse significat. Et qui spem præ se fert, nonne videtur ambi  
genti similis. Quanq̄ hoc videtur huc accōmodatum ex p̄  
phetia, quam adducit Chrysostomus, & ante hunc Ori  
genes. Siquidem ad hunc sermonem deflexit ex eo quod  
præcesserat. Sed semper ambigere dicitur deus, vt libera  
voluntas homini reseruetur.

Quo quidē loco, pro semper contenderim esse legendū  
sepe. Neq; em̄ ubiq; sic in scripturis loquitur deus, sed multis  
in locis, hoibus humano more loquitur, nūc minitans, nūc  
piscans, nūc poenitēs, nūc miserescens, nūc addubitans, nūc  
sperans, nūc desperans, cū horum affectuum nihil cōpetat  
in deum. Hęc cum per se clarissima sint, ubi nam supercili  
tim Lei, ubi procacitas, qua me cecutientem facit, qua ne-  
scio quem nouum falsarium nobis obijcit, qua nobis cum  
autoritate denuuciat, vt & in commētarijs Hieronymi, &  
in Latino contextu, & in Græcis exēplaribus locū hunc  
falsatum restituamus. Quid hoc homine confidentius? Cū  
Græcorū codices consentiant, cū vetusti codices consenti-  
ant cū Græcis, cū sic legat Hieronymus, & interpretetur,  
cum sic legat Origenes & interpretetur, postulat Leus, vt  
ipsius auctoritatem secuti, radamus & Græcos, & Latinos  
codices, Nam Aldina quoq; æditio consentit cum exēpla-  
ribus, quæ videre cōtigit. Et quis tandem fuit ille falsarius,  
qui simul hæc omnia potuerit corrumpere? Codices ma-  
nuscriptos, Græcos pariter & Latinos, exemplar quod se-  
cutus est Badius, in Origene, exemplar quod secutus in  
operibus Hieronymi typographus Venetus, castigatore  
monacho quodam, nec indocto, nec indiligenti. Exēpla-  
ria peruetusta, quæ secuti sunt fratres Amerbachij, specta-  
tissimæ fidei iuuenes, neq; quicquam minus, quam falsarij.  
Proinde vicissim Leo denūcio, vt huius annotationis suæ  
canat palinodiā, nec pergat quod recte scriptum est mag-  
noq; consensu comprobatum, sua temeritate corrumpere.  
At pro Leo facit Chrysostomus, homilia sexagesima nona  
Esto, sed vnus, & hac sane in parte nō paulo leuior auctor, q̄  
Origenes. Quanquam & hoc fieri potest, vt Chrysosto-  
mus illud forte aliunde huc repetiuerit, quemadmodum  
enarrans Matthæum, e Luca rettulit, de domo & familia  
Dauid, quod apud Matthæum non erat. Hic rursus desy-  
dero frontem in Leo, qui mihi nunc obijcit in his annota-  
tioni-

tionibus, quas vult videri pluriq; serias, quod tunc extem-  
pore notavi, non alij quam ipsi. Atq; ex his contexit dialo-  
gos, arbitrato suo, & locupletat causam suam, ac respon-  
det serio. At qui tum oportuit idem fecisse, cum opus esset  
in manibus. Quid si fecisset, fortasse persuasus illius argumētis  
mutassem hoc est corrupissem aliquā partē huius annotati-  
onis meae. Fingat, si velit, esse verū, quod falsissimū esse de-  
monstravi, tamē in cōtextu mutare, non est instituti mei,  
nisi contingat exemplar quod sequar. Neq; enim profite-  
or emendatorem Græcorum codicum, sed interpretem, &  
aliquoties ea verto, quæ non probo. Atq; id vt citra peri-  
culū fiat, adiectæ sunt nostræ annotationes, quibus admo-  
neo quid sentiam de lectione Græcorum. Illud mihi cogi-  
ta lector, quam male congruat tam superciliosa procacitas  
tam insigni cæcutientiæ.

#### AD XIII.

**A**D. xiiij. non opinor opera precium vt respōdeam,  
cū ipse Deus consultis Hebræorum libris, pedibus  
discedat in meam sententiā, etiā si pigrit delere, quod ma-  
le scripserat. Verū vtcunq; habent Hebræi, vtcunq; inter-  
pretatur, aut vertit Hieronymus, negari non potest apud  
Græcos sic haberi, vt annoto. Quid legerit Chrysostomus  
non est in promptu iudicare, cum Græci codicis non sit co-  
pia. Qui Latine vertit, ita reddidit, vt nos vulgo legimus.  
Nec satis liquet ex interpretatione, vtrum legerit *τοῦτο*, an  
<sup>αὐτῶν</sup>. Mihi subolet ad lapidem angularem rettulisse, qui  
duas inter se maxime dissidentes populos in eandem reli-  
gionem coagmentarit, quādo ita scribit. Et vt videant ni-  
hil horum deo esse aduersum, sed valde acceptum atq; gra-  
tum, mirabile præterea, stuporisq; plenum, a domino istud  
factum esse, subiunxit, Lapidem &c. Hac & quæ sequū-  
tur si conferas & expendas lector, videbis Chrysostomū  
de lapide loqui, quamuis interpres, aut fortassis scriba se-  
quutus suam memoriā, lectionem perturbarit. Subindi-  
cat em̄

dicat enim doctores Iudæorū voluisse ædificare, sed absc̄  
lapide Christo, qui cōnecteret vtrūq; populū. Certe Ori-  
genes, a dño factū est istud, refert ad caput Homilia. xix.

AD XV.

Marc. xxv. **P**rimū hoc mihi cōuenit cum Leo velit nolit, in libris  
græcorū, sane quos ego viderim nō haberi hoc loco  
mentionē spōsæ, Si Leus alicubi vidit, proferat exēplar su-  
um. Ac ne in latinis quidē vllis, vbi clamore excitantur ad  
occurrēdū sponso. Cōuenit in cōmentarijs Hieronymi,  
quibus hunc explicat locū nihil esse, vnde deprehēdas illū  
legisse sponso & spōsæ. Idem fateatur oportet, de canone  
diui Hilarij. Sed gloriatur sese mihi digito demōstrasse in  
cōmentarijs Origenis, & Chrysofomi, Et o me cæcū, qui  
ne id quidē videā, quod ille monstrator tantus ostēdit di-  
gito quasi nō idem officij nōnunq; præster & famulus me-  
us mihi. Quid Leus legat aut mōstret in suis codicibus ne-  
scio, Certe in Chrysofomo meo ex gemia additione Basili-  
ensi, nec in cōtextu qui præfertur, habetur sponsæ mentio,  
nec in Cōmentario quicq; est, vnde colligas eum legisse,  
sponso & sponsæ. Si libet explorare fidem meā lector, ex-  
cute Homiliā in. xxv. caput. Matthei. lxxix. Ne vestigiam  
quidē reperies, vñ colligas eū legisse sponso & sponsæ. In  
cōtextu q; præfert, scriptū est. Quæ accipiētes lāpades su-  
as, sponso obuiam exierūt. Rursus in cōmentario. Sponso  
autē tardante, cōniuerunt omnes & dormiebāt. Ac mox.  
Quid porro tubæ volunt, quid clamore illo dicere? Spon-  
sus venit, Quēadmodum vides hic nullā fieri sponsæ mē-  
tionem, ita nec reperies vsq; in interpretatione Vñ nact⁹  
est igitur Leus, quod citat ex Chrysofomo: Erat Leo co-  
dex ex officina Aldina, in quo multa inerant, vt ante dixi,  
quæ cū hac additione prorsus ex diametro pugnabāt. Cer-  
te in Homilia q; nobis est, liij, nihil huiusmodi legit. Q; q;  
nec in his quæ Leus refert, quicq; video, vnde conuincat  
Chrysofomū in Euāgelica Parabola legisse nomē spōsæ.  
Si quis

si quis agat cōtentiosius. Nam fieri p̄t, vt Chrysoſtomus  
aut quiſquis ille fuit ſic ſponſæ mentionē adiecerit, quæ ad  
modū fecit Origenes. Perinde quaſi ex nomine patris ad-  
miſceas & filij mentionē. Neq; tamē memini, quod hunc  
locum indicarit in Chryſoſtomo, De Origene memini.  
Qui tamen illi non admodum patrocinauit. Primum eñ  
in hoc nobiſcum conſentit, quod cum ex orto clamore vo-  
cantur ad occurſum, ſponſi tantum ſit mentio. Deinde, cū  
primum Origenes mentionem facit ſponſæ, ita facit, vt q̄  
occurrunt ſponſo, eum deducant ad ſponſam eccleſiam.  
Ex altero loco quo ſcribit, obuiam eū dum eſſe ſponſo ver-  
bo, & eccleſiæ immaculatæ, non docemur in Euangelio  
ſponſæ factam eſſe mentionem. Si quidem ſponſus non  
eſt, niſi ſponſam habeat: & vnum ex altero colligitur. Qd̄  
ſi intelligimus ſponſam aliquouſq; occurriſſe ſponſo ſuo  
veniēti, ac viciffim ſpōſi comites occurriſſe cū eo ſponſæ, q̄  
ſenſus non eſt abſurdus, tamen non eſt, quod vrgeat nos  
vt credamus eſſe ſcriptum ab Euangelifta, id quod contē-  
dit Leus. Neq; tamen odioſe reclamo, Si quis addat ſpon-  
ſæ, iam cum mihi non fuerit addendum ſponſæ nomen, ni-  
ſi repperiſſem in aliquo codice græco, tamen Leus indig-  
natur, quod non addiderim de meo, propter vnum locum  
quem habet in codice ſuo, cum ad hanc rem mihi nec Hie-  
ronymus, nec Hilarius, nec Chryſoſtomus, imo nec

Origenes ſuffragetur. Hic ruruſus impingit mi-

hi, quod opinor aſcripſerim illius

ſchedis, Imo contrarium

eſt. Vide quā-

tum eſt

pe-

riculi cum

hoc fa-

milia

titer agere.

Reſponſus

RESPONSIO AD ANNOTATIONES  
Leii in Marcum aduersus Erasmus.

AD PRIMAM. i. XVI.

Marc. ij.

**H**ic rursus impingit mihi quæ notaram in schedis ipsius  
us, plusq̃ ex tempore, quasi res ea fuisset acta coram  
notarijs ac testibus, Intantum amat mecum miscere dialo-  
gismos, Atq; in cæteris mecum haud quæ pugnât, tatum  
hoc male habet hominem, quod in ambiguo reliquerim,  
an lapsu memoriæ nomē pro nomine poluerit Euāgelista  
Ea verba mutauit in posteriore æditione; monitus ab exi-  
mio Theologo Martino Dorpio, priusq̃ Leus mihi de fa-  
cie notus esset. Et mutauit, non quod impie dictum arbitra-  
rer, sed qd̃ maluerim amoliri occasionem offendiculi. Cur  
enim alioqui vererem id dicere, quod diuus Hieronymus  
non veritus est scribere in commentarijs, quibus explicat  
quintum Micheę caput. Eius verba subscribam. Quod in  
quit testimonium, nec hebraico, nec septuaginta interpreti-  
bus conuenire, me quoq; tacente perspicuū est. Item pau-  
lo post, Sunt autē qui asserāt in omnibus pene testimonijs,  
quæ de veteri testamēto sumuntur, isti iusmodi esse errorē,  
vt aut ordo mutetur aut verba, & interdū sensus quoq; ip-  
se diuersus sit, vel apostolis vel Euāgelistis, nō ex libro car-  
pentibus testimonia, sed memoriæ credētib; quæ non-  
nunq̃ fallitur. Hactenus Hieronymus. Quod si quis obie-  
ciat, hæc alieno nomine referri Hieronymo, fateor verum  
esse, sed si hanc sententiam impiam ac blasphemam iudica-  
set, clara voce respuisset vir sanctissimus. Verum hac de re  
respondimus & alias in annotationibus posterioris æditi-  
onis, & in epistola ad Ioannē Eckium. Illinc petat lector  
si quid hic desyderat. Et tamen magis faueo sententiæ illo-  
rum, qui memoriæ lapsum prorsus adimunt apostolis &  
Euāgelistis, q̃ qui alicubi tribuūt, præsertim in scriptis.

AD XVII.

Cognos

**A**D hanc annotationē Leo non opinor opus ut respō-  
 deam, cum ipse fateatur se deceptū intellectu sermo-  
 nis mei, quē queritur ancipitē esse. At non fuisset, si priusquā  
 carperet nostra, contulisset græca, quæ illic adfero, cū vul-  
 gara lectione: quæ habet, de illo, pro ex sese. Deinde nō tur-  
 basset eum verbū non ferendi, quasi significarē aliquid im-  
 pie dictum de Christo, cum sic ingressus sim annotationē.  
 Quæso quod hoc sermonis dedecus: non obscure decla-  
 rans, me nihil aliud reprehēdere quā viciū sermonis: quod tā-  
 etiā nouū non est in hoc interprete, tamē insignem solœcif-  
 mum visum est annotare, ne quis calūniaretur me temere  
 mutasse. Atque hac ex re vide quantā excitet tragediam, ec-  
 clesiam inquit Catholicā hæc tenus legisse, nullo repugnā-  
 te nec admonente, quod ferēdum non est de Christo, quis  
 audeat dicere, O supercilii, si quis adhuc modū loquatur  
 de Christo, Christus regnit vnū cum patrē per omnes sæ-  
 culos, nōne clamares sermonē, non ferendum, & tamē de  
 Christo, Deus addidit de suo, cū nihil huiusmodi sit in ver-  
 bis meis. Hic quoniā non multū erat Leo, quod de re dice-  
 ret, fabulis & caullis nihil ad rem pertinētibus, explet pa-  
 gellas, ne nimium breuis esset annotatio. Multa cōmemorat  
 de suo erga me studio atque etiā officio, deque mea ingrati-  
 dine, & nescio quā terciā admonitionē adfert, Cum ille  
 post schedas illas nunquā vel verbo monuerit quicquid, imo sum-  
 mo studio celarit quid reprehēderet. Atqui cum has anno-  
 tationes appellet veteres, cur hic meminit minarum, quæ  
 nullam vnquā coepit suspicionē, nisi ex epistola nuper adita:  
 quæque eam suspicionē ni fallor, fingit magis quā habet. Proinde  
 quādo veteribus noua connexuit, rectius appellare debu-  
 it *παλαιονία*. Quæ vero nō tempestiuū cavillum, parturif-  
 se montes, natum esse ridiculum murem, An ideo sum illi  
 mons parturiēs si ille auidus carpēdi ex meis verbis parti-  
 intellectis, atrocē hausit suspicionē? lam cū meo responso,

quod eius opinor schedis addideram, discussit in suspitio-  
nem Lei, cur nō deleuit hoc e suo libello, nisi quod maluit  
eum abundare superfluis, quam exilem videri. Imo quum  
fateatur lapsum suum, cur non moderatus est atrociam dicta,  
quæ præcedunt, quod pro tantis officijs nihil reponā gra-  
tia, præter calumnias, minas, ac publicas infamaciones, vt  
non queat satis mirari vsque adeo oblitum Christianæ tum  
modestiae, tum ciuilitatis. Hæc contio fortassis alibi locum  
repperisset, hic certe non erat illi locus, vbi fatetur se sine  
câusa reprehendisse. Ac vide quaso lector, quam hic quo-  
que sui similis est, quum effugere non posset, quin agno-  
sceret lapsum suum, quem tamen non animaduertisset, nisi  
me ingerente, Cæterū, inquit, iā paucis tractemus hunc lo-  
cum. Cur non potius dixit retractemus hunc locum. Si  
nunc incipit tractare, quid igitur tot verbis antehac est  
actum? Qui tam magnifice loquitur, vbi lapsus est, quid  
faciet sicubi res feliciter cesserit? At ita fatetur lapsum, vt  
culpam tamen in me conferat. Debebas, inquit, aliqua ra-  
tione lectorem cōmonere, qua dignosci posset, de illo, po-  
ni materialiter. Sed qua ratione Leo placet hoc fieri? Cur  
a me exigat, quod nec a doctis obseruatur, & ab ipso non-  
dum erat hæc lata lex? An me volebat addere Arabicam  
opinor vocem, Ly? aut Græcum articulum? Nam duas  
lunulas, quas ille constanter obseruat, non in hunc solum  
vsum adhibent litterati. Sed finge certam esse apud scripto-  
res huius rei notam, meq; neglexisse fretum ingenio lecto-  
ris, quid erat piaculi? Nec enim ista scribimus elementa-  
rijs, neq; caudicibus. Scribim⁹ eruditjs, certe humano præ-  
ditjs ingenio, nō a finis. Vel licet & illud ex scheda mea, in  
qua puto notaram, nihil ad rem facere argutias dialecticas,  
quum ego agerem cum grammaticis, eē communi vsu lo-  
quendi. At Leus non vult ad hunc vsum exigi sermonem  
interpretis, cum sit plærūq; ineptus. Si fatetur sermonem in-  
terpretis frequēter ineptum esse, cur mihi succenferet, quod  
eum

etiam alicubi corrigam, quum hoc negotij suscepissem? Si-  
sensit usum Grammaticorum esse ineptum (nam Leisermo  
profus est anceps) agat cum Grammaticis, qui multo aliud  
profiterentur, nepe recte loquendi rationem, nisi forte Leus  
non existimat aliud esse recte loqui, quam inepte loqui. Atque  
hic testatur, se mihi propitium esse factum, hoc tantum in  
me desiderat, quod adhuc maneam penes eam partem (sic  
enim ille loquitur) quae vel it elicere, aliquam virtutem Chri-  
sto esse incognitam, ex verbis Evangelistae male redditus  
ab interprete. Obijcit illud, Nouit dominus, qui sunt eius.  
Non statim, inquit, sequitur eum non nosse, qui non sunt ipsius.  
Imo hoc maxime sequitur. Quomodo enim dominus  
quodam modo nouit suos, qui non nouit impios, ita quosdam  
aliquo modo nescit, qui modo nouit alios, quum legamus Ne-  
scio vos, & contra Nouit dominus qui sint ipsius. Atque  
adeo nos, qui dicimur nosse solum, qui est ad septentrionem,  
intelligimur iuxta sensum eodem, non nosse solum austrinum.  
Et qui dixit pecuniam in hunc aut illum collatam perisse,  
significat in alios collocatam non perisse. At potest, in-  
quit fieri, ut & illa perierit. Quasi vero hic arguemur cum  
sophistis, ac non potius de populari sermone loquamur, qui  
scripta sunt Evangelia. Postremo sibi vindicat laudem, quod  
in posteriore editione verbulis tribus adiectis rem effe-  
rim magis perspicuam, ne quis ad eundem lapidem impin-  
geret, ad quem impegerat Leus. Memento lector, hoc quod  
deberi Leo. Sed interim nostri te misereat, qui cogat in  
huiusmodi nanij refellendis operam sumere, quae ne le-  
gi quidem possint, absque summa nausea. Et tamen hunc lo-  
cum in quo nihil agitur, nisi de sarcinendo sermonis incom-  
modo, vide quam odiose recenset in suo illo seditioso indi-  
ce. Conatur, inquit, elicere haeresim ex loco, ut ille putat,  
male reddito ab interprete, sed frustra.

AD XVIII,

F ij

Quid.

Mar. ix.

**H**ic cum ostendam quid legant Græci, & quid legisse videatur interpres, ego verbulo notavi, quid pharisæi de resurrectione mortuorum disceptarent, cum discipulis ac turba, nescio quem secutus autorem, sed ut coniicio Theophylactum Nam in presentia liber ad manū non est, Leus mauult referre ad id quod sequitur, de demoniaco, Qua quidem in re non video cur sit nobis digladiandum, Nam ut ex his quæ sequuntur conijci potest, ita nō potest euinci, quando legimus pharisæos disputasse cum discipulis, ne hos tamen respondisse Iesu, sed e turba quempiam. Porro pharisæi resurrectionem mortuorum asseriebant.

AD XIX.

Erunt duo in carne vna.

Marci, x.

**C**um alias abunde demonstrarim, tum ex Græcis in interpretibus, tum ex ipso etiam Hieronymo legendū esse Erunt duo in carnem vnā, non in carne vna, ut iuxta proprietatem sermonis Hæbraici intelligamus per coniugium, & arctissimam matrimonij copulam, quæ constat magis animorū coniunctione, q̄ corporū, velut e duobus hominibus vnum fieri, noto quosdam imperitos, qui decepti viciata lectione, locum hunc putant ad coitum proprie pertinere, atq; horū interpretationem sordidam voco, hoc est humilem atq; abiectam, parumq; dignam sensu diuino Hic mihi Leus, nescio q̄s Marcionistas producit, qui serferint omnem coitum esse spurcum. Obsecro te lector, quid est, si hæc non est calumnia? An cum sordidas curas dicimus, humiliores significantes, veluti rei familiaris, nū spurcas intelligimus? Nonne sordidiora negocia famulis aut sordidioribus hominibus delegamus? Nonne sordidum apparatus dicimus impediō frugalem, parumq; nitidum? Nonne sordidatos vocamus, qui lugubri, aut simplici, & incompto vestitu vtuntur? Nonne rhetores notant sordida vocabula fugienda, quæ tamen multum absunt ab obscenitate

scenitate: Nōne sordent mūnera illi, qui ea habet vilia cō-  
temptat: Vide quantū periculum sit agere cum his, q̄ La-  
tine nesciunt, qui sæpe postulant, vt ob ipsorum inscitiam  
blasphemia, aut hæreseos insimulemur. Atq̄ ita nisi loquū-  
tur Latini, tū me Leus Marcionitis, si volet, copulet. Sic  
em̄ loquitur, Nam & ipsi coitum conjugalem putauerunt  
esse turpem. Quid sibi vult & ipsi, nisi me sentire idem, qd̄  
sentiant Marcionitæ: An hic voluit præstare Leus, qnod  
in præfatione sua pollicitus est, se in alienis libris sycophā-  
tam velle agere: Quam honorifice sentiā de matrimonio,  
testatur mea declamatio, quā olim scripsi, nuper edidi, que  
nōnullis Theologis hoc nomine vehemēter displicuit, q̄  
videretur plus a quo tribuere matrimonio. Nonne sensus  
historicus humilis est, collatus ad anagogen: Neq̄ tamē  
continuo spurcus est. Panem nostrum, si tantū ad victum  
corporis referas, nōne humilis ac sordida sit interpretatio.  
Non nego coitū conjugalem esse licitū, habet tamen hu-  
militate quiddam, & si fas est dicere, sordidum quiddam, si ad  
rerum sacratorum puritatē conferatur. Alioqui cur in ve-  
teritamento, abstinebant ab vxorū congressu, qm̄ sacris  
operabantur: Et cur habere vasa pura dicuntur, qui a coi-  
tu temperarunt: Cur sanctus Gregorius vult aliquātisper  
abstinere ab ingressu templi, nec nisi lotū ingredi, qui cū  
vxore rem habuerit: Cur eadem de causa diuus Ambro-  
sius scribit matrimonij ius adēptum sacerdotibus: Cur ve-  
teres illi, quorū est & Augustinus, volebant sacratoribus  
diebus ab vxoris vsu tēperari. Postremo vt potest cū vxo-  
re cōgredi maritus absq̄ culpa, ita raro fit sine culpa, ni fal-  
lor, nōnunq̄ etiā grauissima. Ne qd̄ adferā e scholis Theo-  
logorū, in qbus adhuc disputant, an possit coitus simplicit̄  
absq̄ peccato cōsistere. Et tñ nō memini, Hieronymū, cu-  
ius autoritate me p̄mit, aut aliū quēq̄ hūc locū interpretari  
de coitu, sed de cōiunctiōe corporū & aiōrū. An iuxta dei  
sermonē maritus & vxor nō sunt vna caro, nisi cū coeunt:

An

An hæc verba nō quadrant in Ioseph & Mariam, qui citra  
coitum, & corporibus & animis fuere coniunctissimi?  
Corporibus ob indiuiduam vitę consuetudinem,  
ob mutuam charitatem. Ait Leus Hieronymum in com-  
mētarijs quos scripsit in epistolam ad Ephesios, iuxta vul-  
gatam additionē legere in carne vna, nō in carnē vnā, vi-  
delicet quia sic habeatur in libris excusis. At ex ipso sermo-  
nis tenore, nihil tale colligitur. Sed donemus Hieronymū  
illuc legere in carne vna, nū cōtinuo sentit de coitu dictū?  
Quos igitur taxas? inquit. Taxo stulticiā quorundā im-  
peratorū, qui solēt huc hæc verba detorquere, nō sine spe-  
tie sensus parū pudici. Nec alio sensu dictū putāt in vna car-  
ne, q̄ legū tabulæ dicūt, mēbra in mēbris habens, sentientes  
virum in adulterio deprehensum. Ne quid interim argu-  
ter, quos vnū corpus esse volumus, nō dici in vno esse cor-  
pore, quē admodū insigniter cōcordes vnā aiām dicimus,  
nō in vna aiā, ita quorū est arcēissima affinitas, vna caro dici  
possunt, in vna carne esse nō recte dicātur. Non pergā ex-  
cutere quod hic Leus *μαρτυροσ* adfert ex Hieronymo, ni-  
hil esse fœdū oratione, quod re fœdū nō sit. At quis ferat ho-  
minē, qui de coitu loquēs cōiugali, partes oēs suis appel-  
let vocabulis, & quicquid maritus nudus agit cū vxore nu-  
da nudis verbis explicet? Atq; hui⁹ sane rei me pudet exē-  
plū ponere. Quid qd̄ quaedā vocabula cū idem significēt  
qd̄ honesta, tñ habētur obscœna: Natura muliebris hone-  
ste, dicūt, cūnus non item. Matthæus cū intelligi volēs coi-  
tum vxoris ac mariti, dixit, priusq̄ cōuenirent, an nō malu-  
it verecūde significare: quod alijs verbis parū pudēter ex-  
plicasset? Et Paulus cū ait, reuertimini in idipsum, nonne  
verecūde recteq; coitū significauit? Si illa cōiunctio inqt  
Leus sordida nō est, cur tibi ea interpretatio sordida vide-  
tur? Primū si interpretationē appellat interpretātis, hoc est  
interpretādī modū p̄t esse sordida, cū res ipsa sordida nō sit.  
Veluti si qs de summo principe sordidis verbis loquatut  
Imo.

Imo sordide laudaret principē, qui nihil attingēs de bonis animi, nihil aliud in eo p̄dicaret, nisi qd̄ esset procero robore corpore, quod bene cōcoqueret, quod dextre luderet pila, quod magnifice cultus esset, Ita sordide interpretatur laudatā illā ore diuino cōiugū copulā, qui totā aestimāt ab infima portione. His me tueri poterā, etiā si quid tale sensissem, Nūc ostēdi, quid senserim cū illa scriberē. Hūc quoq̄ locū Leus recēset, inter eos, quos reliq̄rim incorrectos, Cū existimarē illi satisfactū, p̄serum obticescēti.

### AD XX.

Dictum a Daniele propheta.

Mar. xiiij.

**E**Rat cur suspicarer, prophetæ nomen additum, quod & alibi factum ostendi, Verum hic admisi Lei consiliū. Nec enim libet cauillari, potuisse fieri, vt aliquis hoc adiecerit in Origene. Nec tamen asseuerabam esse additum, neq̄ quicq̄ immutauit de lectione. Postremo siue fuisset additum ab Euangelista siue non additum, nihil erat periculi. Ne hic sibi magnopere plaudat Leus.

### AD XXI.

Mar. xiiij.

**A**Rrodit quod scribo Marcum nihil aliud scripsisse q̄ Compendium Euangelij secundum Matthæum, cum in Marco quædam sint à Matthæo diuersa. An ideo Florus aliud scripsit q̄ compendium historiæ Liuianæ, qd̄ in eo quædā reperiantur quæ in Tito Liuiō nō sunt? Cur autē mihi non liceat dicere, quod ante me scripsit Augustinus? Et sciebam, atq̄ id Leo tum falsus sum esse quædam in Marco, quæ Matthæus nō haberet. Neq̄ pauca loca faciunt, vt compendium non sit compendium.

### AD XXII.

Mar. v.

**A**Nnotarā in græco codice, p̄ eo quod nos legimus omnem veritatē, haberi scriptū *ωσταν δα τωσ*, .i. omnē causam, Cum tamen in contextu consentiā cum vulgata lectione. Quid aliud hinc colliget Leus, quam cum prima

num hoc annotabā, sic habuisse libros quibus utebar. Post  
 ubi repperi in his quos nacti sumus in Brabantia ac Basi-  
 lea, malui consentire cum nostris exemplaribus. Sed inquiet,  
 Cur id non annotabas? Quasi vero in tanta turba, non quaedam  
 suffugiant quantumvis vigilantem. Nec erat hic quicquam periculū.  
 Quis enim diuinare posset exoriturus Leum, quod ex huiusmodi  
 rugis strueret seriā calūniam tanquam opimā gloriae messē  
 demeteret?

Mat. viij.

AD XXIII.

**E**Adem ratione diluendum est, quod obijcit annotatio-  
 nibus, xxiiij, xxiiij, xxv, xxvi, xxvij, xxviii, xxix. Atque  
 in his ita loquitur, quasi in hoc negotio sim vnicum sequutus  
 exemplar, quod ille vult videri fuisse deprauatissimum, nihil  
 lo magis fauēs codici meo, quam mihi. Ac subinde in suis iudi-  
 cibus impingit mihi suspicionem quasi finxerim esse in co-  
 dice meo, quod non fuerit.

IN LUCAM.

AD XXX.

Luca. ij.

**A**Nnotarā in oibus graecis codicibus, quos vel Val-  
 lae vel mihi videre contigit, pro eo quod nos legimus  
 bone voluntatis, scriptum esse, *ἐν Δοκίμῃ* .i. bona voluntas. Mi-  
 rari tamē me, quod huius rei nulla fieret mentio, nec apud  
 Hieronymum, nec apud Ambrosium, quorum uterque graece no-  
 rit, satis indicās mihi non satis probari graecorum lectionem. At-  
 que hic mecum rixatur Leus, addere debueras inquit, istā le-  
 ctionem apud neminem prorsus interpretum inueniri. Sed qua-  
 fronte vult me hoc dicere, cum me tester apud Theophylac-  
 tum vidisse. Nec dubito quin possit & apud alios reperi-  
 ri, si cui sit graecae bibliothecae locupletioris copia. In Ho-  
 miliarum quae Origenis titulo feruntur in Lucam. xiiij. haec  
 particula bonae voluntatis, relinquitur inexplicata; neque deest  
 coniectura qua diuinemus, illum graecorum more distinxisse,  
 quem admodum annotatione proxima docebimus. Addit  
 Epiphonema. Miror quod tantopere fidis graecis exemplari-  
 bus tuis, quae habent quae nullus veterum legit, nec interpre-  
 tatur.

tatur. Primū mea vocat exēplaria, quæ vult videri mēdosa  
quasi meis dūtaxat codicibus sim vsus, aut quod in meis  
habetur, nō idē sit in aliorū exēplaribus. Postremo dicit a  
nemine legi, quod interpretatur Theophylactus, scriptor  
nō adeo recēs neq; malus. Atq; in indice suo notat, quod  
nō emēdarim græcos codices, quasi hoc susceperim; præ-  
sertim vbi cōsentiunt oēs. Mox admonet lectorē me fate-  
ri, sic esse apud Origenē & Chrysofomū, vt ipse citat: ne  
laudis hoc illi pereat. Quāta gloria parsimonia, Dicas Eu-  
clionē quēpiā esse Plautinū. Quid autē si doceo illū Chry-  
sofomi et Origenis testimonio nihil agere aduersum me?  
Primū em græcos codices ille nō legit. Nec obscurū est, q̄  
multa mutāt interpretes ex sua memoria, aut ex alterius lo-  
ci lectione. Sed plura bibliographi. Q d̄ si demōstro Ori-  
genis interpretationē atq; item Chrysofomi, nō pugnare  
cū hac græcorū lectione, vbi tū erit Lei triūphus: Princi-  
pio quid habet primus liber Origenis aduersus celsū, ni-  
si quod obiter citat hūc ex Luca locum, Gloria in excelsis  
deo, & in terra pax hoibus bonę volūtatis, Ceterū cū ni-  
hil sit in toto sermonis progressu, quod arguat Origenē se-  
cus legisse q̄ nos legimus, & interpretis huius libri, palam  
sit malę fidei, vtpote neq; græci, neq; latini sermonis ad-  
modū peritus, postremo cū vtrū legatur bonę volūtatis,  
an bona volūtas, nihil referat, ad id quod illic agit Orige-  
nes, nō video cur ex hoc loco sibi tātopere plaudat Leus;  
Porro quæ sit Homilia Chrysofomi secūda, in cap. Matt.  
secundum, viderit ipse. In meis codicibus nihil reperio tale  
Ceterū locus quē adducit ex Homilia Chrysofomi, xxxv  
de natiuitate Christi, clare demōstrat illū legisse in homi-  
nibus, quēadmodum hodie græci legūt. At cōnectit penul-  
timam sermonis partē cū vltima, Cū ait, In terra pax, in qui-  
bus pax, in hominibus. Et quare gētiles pacē non habēt?  
Quare iudæi pacē non habent: Ideo adiecit, pax in homi-  
nibus bonę volūtatis, hoc est qui suscipiūt natum Christū

Ex his non liquet aperte, quid Græce legerit Chrysoſto-  
mus, cum eadem interpretatio quadret, in columi Græco-  
rum lectione. Nam quod separet aliquo silentio partem pe-  
nultimam ab vltima, quodq; eam opponat prima, palam  
est ex his quæ præcedunt eodem in loco. Si cotidie, inquit  
in cœlo ruinae sunt, quomodo in cœlo gloria est, & in ter-  
ra pax poscitur: Videte qd dicitur, in cœlis Gloria, vbi nul-  
la dissensio est. In terra pax, vbi bella quotidie. Deinde qd  
sequitur, in hominibus bona voluntas (ponamus enim sic  
illum legisse) cōnectit cum superiore particula, velut hæc  
addita sit ad illam explicandam. Caterum Hieronymus  
exponens Esaia caput secundum, quid aliud, quam in trā-  
cursu citat hunc ex Luca locum, nullum addens argumen-  
tum, vnde certum colligi possit, quid legerit. Sed hic pro-  
tinus alio laqueo me stringet Leus, in posteriore editione  
fateris sic interpretari Origenem & Chrysoſtomum, quæ  
admodum ego cito. Debebat igitur & hoc annotare Le-  
us, quod ipsi stulte crediderim, non attentius excussis lo-  
cis, idq; polliceor me in terciā editione mutaturum. Quā-  
quam ego non tueor pertinaciter Græcorum lectionem,  
& facillimus est lapsus in *ευδονία*. & *ευδοκία*. Certe ad sen-  
sum minimum refert. Verum quum in hoc nobiscum faci-  
at duobus locis Origenes, & vno Chrysoſtomus, quod  
iuxta Græcos codices legit, in hominibus, consentaneum  
est illū & in cæteris consentire. Nec dubito, quin hoc cer-  
tis argumentis euicturus sim, vbi continget Græcorum  
voluminum copia. Postremo quum sensus eodem tendat,  
quorsum attinebat hic tam atrocem suscitare tragicædiam?  
Quis enim non arbitretur subesse magnum periculum,  
qui legat, quæ statim in ipso operis limine ingerit lecto-  
ri. Quiddam, inquiens, haberi in omnibus Græcis exem-  
plaribus istius tempestatis, secus quam ecclesia Romana  
legit, quod nullus veterum interpretum, nec Græcorum,  
nec Latinorū interpretatur, vt & ipse fatetur, cū lectionē  
nāma

nostram interpretentur, quod ipse probo ex veterum commentarijs. Hunc fumum obiecit oculis ignari lectoris, quum Theophylactus interpretetur ac legat <sup>euuoxia</sup>. Cum Leus non euincat ex veterum commentarijs, quod gloriatur se docuisse, quum ipse non fatear, quod ait me falsum esse, Tantum admoneo me mirari, quod huius variae lectionis non meminerit Hieronymus, & Ambrosius. Relege lector, quæ scripsimus in æditione priore, & comperies me verum dicere. Postremo quum vtriusque lectionis sensus sit idem, qua fronte negat, quenquam hoc interpretari, quod legunt Græci? Non de sensu scrupulus est, sed de lectione.

AD XXXI.

Luca. ij.

**H**ic Leus veritus ne volumen ob exiguitatem parū haberet maiestatis, proluxo dialogismo mecum se-ditiose rixatur, adferens ea quæ tum fortassis schedis ad illū remissis notaui, adeo non in hunc usum, vt æderentur, vt nec exemplar eorum mihi seruarim vnquam, ac ne relegerim quidem. Quod si idem alius fecisset Leo, non dubitum, quin instituturus fuerit aduersus illum actionem iniuriarum. Atque hoc res est iniquior, quod nunc apud omnes respondet, quum tum temporis, ne verbo quidem contradixerit. Sed verbosam rixam in pauca conferam. Magno studio refellit meam distinctionem, quam accommo- do ad Græcorum lectionem, vt gloria tribuatur deo in cœ- lis, pax terris, bona voluntas hominibus, veluti medijs inter cœlum & terram. Qui non recipit Græcorum lectio- nem, ei nihil cum hac distinctione, cui nihilo plus tribui volebam, quam ipsi lectioni. Ei quantum hoc loco tribu- am non dissimulo. Quid igitur est, quod hic mecum rixe- tur Leus? Poscit a me distinctionis huius autorem, qua- si lectio Græcorum non cogat etiam nos ad eum modum distinguere. Si singulis partibus additur sua præpositio, quonam alio pacto distingues, quam ego distingo?

G ij Audis

Andis in excelsis, in terris, in hominibus. Sic legit & ille,  
quisquis fuit, in homilia, quā annotatione proxima citatus  
mus. Gloria in excelsis deo, & super terram pax, in homi-  
nibus bonæ voluntatis. Id quod certius habeatur, faciunt quæ  
mox sequuntur. Gloria in excelsis deo, & super terram pax.  
Hic cum ille finiat orationis particulam, subiicit enaratio-  
nē, conferens illud quod alio loco dixit Christus ipse, non ve-  
ni pacē mittere super terrā. Nonne hanc particulā, sup ter-  
ram opposuit ei, quæ est in excelsis, & distinxit, ab ea quæ  
sequitur, in hoibus. An non congruit huic distinctioni &  
illud Pauli, pacificans quæ in cœlis, & quæ in terris? Sed  
reclamat Leus nihil interesse inter penultimam & ultimā  
orationis partem. Donemus hoc ita esse, an non multa do-  
cendi gratia distinguimus in oratione, quæ re coniuncta  
sunt: In decalago vnicū præceptū in duo dissecatur. Non  
concupisces, non furaberis. Et tamen non adeo nihil inter  
est. Pax nunciatur terris, quod oēs vocarentur ad reconcilia-  
tionem gratuitā. At bona voluntas tribuitur hoibus, qui  
non defuerunt gratiæ munificentiae dei. Alioqui & illud  
quod dicitur, Gloria in excelsis deo, ad hoies pertinebit.  
Cuius gloria non aliter illustratur, quā per hoies, ad illius co-  
gnitionem conuersos, & illius in se clementiam simul &  
munificentiam agnoscentes. Iam quorsum pertinet, quod  
suspiciatur Leus, locum hunc a nouatore quo piā, & gloriæ  
auido, fuisse deprauatū. Non iacit hoc, opinor, in me, cum  
tot vetusti codices consentiant. Deinde expatiatur in vete-  
rem querimoniam, præposterū esse Latinos codices ex Gre-  
cis emendari. Ne semper ad huiusmodi nœnias, quas hic idē  
tidem occinit, semper respondeam optime lector, lege se-  
mel meas apologias, quas præfixi additioni posteriori. Per-  
ger ausum fuisse se, nouū testamentū redigere ad concor-  
diam, quod in ipsis fontibus tantam videret discordiam. Si fas  
sit, lubens hic rogarim Leum, cum Origenes sæculis ali-  
quor

quot præcesserit, quæ fronte ausus est Hieronymus restituere codices Latinos, quos utiq; ad Græcorū codicum fidem restituit. Aut quæ fronte Augustinus iubet noui testamenti veritatē, ad Græcorum normam exigi, si nō est fas quicq; corrigere ad Græcorū exemplaria, q̄ alicubi variant: In quem tandem vsus Leus discit Hebræorū litteras? cum horū libri magis variant inter sese, q̄ codices Græcorum, vel q̄ ab illis odio nostri studio deprauentur, vel q̄ ob affinitatem elementorū facillimus sit lapsus. Et tamen habemus vetus testamētum ab Hieronymo versum. Noui testamenti translatio cuius sit incertum est, nisi qd̄ satis constat Hieronymi nō esse. Et tamen ait se multa deprehēdisse in Hebræorū libris, longe lateq; dissidētia ab his quæ nobis prodidit Hieronymus, magis etiā ad sensum mysticum quadrantia, q̄ quæ vertit Hieronymus. Sed dubitat Leus, an hæc versio sit Hieronymi. At hoc noīe tamē approbat ecclesia. Rursum, sibi notat Leus, non vulgo. Si malum est, quicquid ab hac lectione diuersum est, cur sumit inanem operā? Sin rectum est, cur inuideat & alijs eam utilitatem? Ne semper repetam, q̄ nos neq; mutamus ecclesiasticā lectionē, neq; Græcorū codicibus fidimus, nisi accesserint & alia argumenta, quæ fidē illorū approbent. Illud rursi fateor, q̄ verē definire, Origenes ne hoc dixerit, an Hieronymus, quasi eas homilias verterit Hieronymus, aut quasi ipse postea veritus sit Latinos codices emēdare, qd̄ non poterat, nisi de Græcorū libris inter ipsos variatibus auderet iudicare. Aliquāto post sic mecum agit. Quod dicis, inquit, non esse tuum emendare codices Græcos, præsertim cum omnes consentiant, cur non æque licebit emendare codices Græcos, atq; Latinos, præsertim pro lectione codicum Latinorum interpretantibus ipsis Græcis, & lectioni Græcæ refragantibus? Quid alijs liceat nescio, mihi hoc tum non sulceperam. Deinde quum variant Græci codices, non poteram in contextu sequi nisi vnicam lectionem.

nem. Quod superest, lectorem admoneo in annotationibus. Postremo nondū docuit Leus græcorū interpretationes eorū lectioni repugnare, nisi quod vt aliquoties diuersē legūt, ita diuersam adferunt interpretationē. Addit lepidum cauillū. Negauerā esse mei instituti in quo tum versabar emēdare græcos codices, hic inquit, ego certe assentior, vt hoc mihi liceat addere, nec etiā latinis. Ita nō licebit Erasmo p̄ Leū vllas mēdas tollere, & codicibus quāuis deprauatis neq; græcis neq; latinis. Dixerā me nō hoc aīo p̄ponere hanc additionē, vt quicquid in ea reperiatur, alba, quod dici solet amussi sequeremur, hic rursus cauillatur, neq; certe pace tua dico, meretur Non his cōtentus, impingit mihi flagitiū impiū, idq; ante tempus videlicet frequentē infulciēs, si quid habet odiosius, quod in fine apocalypsis, paucula verba adiecerim græco codici ex nostris latinis, Ne rixosa loquacitate tempus tuum onerem lector, quaso ne quid te commoueat hæc ficta tragœdia, donec legeris, quid respondeam illius annotationi, cc. xliij. quæ est veterum nouarum postrema. Videbis hos ecclesiæ tumultus, pericula, naufragia, exitium, quæ Leus suis verbis excitat, nihil aliud esse q̄ fumos inanes. Postremo obtestatur deum optimū maximū, ne se dies ille reperiat superstitati suæ latinorū codices, sicubi sunt deprauati. Si Leus negare potest, in latinis codicibus inesse mendas, emoriatur potius, q̄ videat eum diem. Si nō potest, cur malit orbare mundū tāto lumine, q̄ autoritate Romani pōtificis habere codices emēdatiores? Illud pene suffugerat, quod est omnibellissimū. Docere studens, non esse fidendum græcis exemplaribus, Hieronymum adducit testem, qui in commentarijs quibus explicat Ezechielem scripserit hunc in modum. Probare possimus, multa dici facta in scripturis sanctis, quæ in græcis voluminibus non inueniuntur. Nec debemus nos autoritati eorum acquiescere, quorum perfidiā &

& mendacia detestamur. Nūc mihi vide hominis artificium  
 Quod Hieronymus scripsit, de septuaginta, de Symmacho  
 Theodotione & Aquila, quorum alios saepe testatur ver-  
 tisse quod non intelligerent, alios Iudaizantes haereticos  
 vocat, hoc Deus accommodat ad nouum testamentum. Ex  
 hoc fuco, disce ceteros. Alioquin si Hieronymus diffidebat  
 graecis exemplaribus, cur ad graecanum (vt ipse vocat) veritate  
 emendauit noui testamenti volumina, cur irridet Iouiniani  
 stulticiam, qui sibi persuasisset codices graecorum omnes esse  
 deprauatos? Postremo cum hic loquatur de graecis volumi-  
 nibus, non graecorum, haud illis quidem deprauatis, sed inte-  
 gris vt erant scripti, quid aliud quam perfidiam ac mendacium  
 impingeret apostolis & Euangelistis, qui graece scripse-  
 runt. Et tamen ex illis ipsis, quorum perfidiam ac mendacia da-  
 nar Hieronymus subinde citat variam lectionem: neque raro  
 pedibus discedit in illorum sententiam. Sed redeo ad locum  
 vnde digressus sum. Si summus inquit pontifex reddiderit  
 nobis codices latinos emendatiores, vt boni consulant do-  
 cti, quis erit tumultus indoctae plebis? Clamabit nouatam  
 fidem. Quid clamabunt haeretici? Nimirum inique seculum actum  
 quod haecenus ex ea scriptura pronunciatum sit aduersus ip-  
 sos, que nunc reijciatur. Ne quid ad haec tam frivola respon-  
 deam, si Romanus pontifex id faciat, ad quod faciendum &  
 olim a magnis Theologis est prouocatus, an Deus mecum  
 delitigabit: quasi meum sit tueri, quod faciat ecclesiae prin-  
 ceps: iam si Deus nullum librum attinget, in quo sit aliquid  
 errati, nedum ros colligit, incidat in spinas, ac ledat manu  
 sic enim ille scribit, fortassis ab omnibus abstinebit, ne su-  
 os quidem ipsius libros lecturus. Sed huius rixae, plus sa-  
 tis.

AD XXXII.

Lucæ. ij.

Quae cum audisset.

**A** Nnotarā iuxta Chrysostomi, vt habebat titulus, le-  
 ctionē, sacram virginē duplici noie fuisse turbatam,  
 & quod videret iuuenē ingrediētem, & quod audiret saluta-  
 tionem

tionem amatoriã, & nescio quid procedũ præ se ferentẽ.  
Hic Leo videor parum reuerenter parũq; caste loquutus.  
Quæ inquit aures hoc ferãt, de hac tam salutifera salutatio-  
ne? An sanctissima virgo præsciuerit se parituram e spiritu  
sancto, nõ ausim affirmare. Turbatã legimus, & turbatam  
ex sermone angeli. Tãtum autẽ erat studiũ puritatis, vt fie-  
ri potuerit, vt primo cõuitu atq; auditu iuuenis ingrediẽ-  
tis exhorruerit. Quod annotauit & Ambrosius, hunc enar-  
rans locũ. Trepidare inquit virginũ est, & ad oẽs viri in-  
gressus pauere, oẽs viri affatus vereri. Sed opere precium  
est audire, q̃ religiose cõcionetur hic Leus. Negare inq̃  
nõ debes, seruata fuisse semper ipsam virginẽ, ne quicq; hu-  
mile cogitaret, quippe futuram sacrariũ spiritus, & habita-  
culum vnigeniti filij dei. Ac mox, vides ergo, quo pacto  
in uicẽ constant, immunẽ prorsus fuisse virginẽ ab humili  
cogitatione. Quorsum hæc tã putida tẽdunt? Quis dixit  
Mariæ subisse cogitationẽ humilẽ, aut quid Leus appel-  
lat cogitationẽ humilẽ. An parũ pudicã? Hanc sane pro-  
cul amotam fuisse reor ab animo virginis, An humilis est  
cogitatio, cũ virgo ex imio quodã studio castitatis, fugit af-  
pectũ & colloquiũ virorum etiã tuta timẽs? Si credimus  
Petro Lõbardo, virgo mater cõsenserat et in vsum cõiugij  
si sic deo visum fuisset. Et tamẽ adamabat virgineã purita-  
tem. Quid si primo aspectu metus huiusmodi subisset ani-  
mam illius, ecce iubeor admittere maritũ, vt fiam mater,  
nũ fuisset humilis illa cogitatio? Sed præsciebat quid age-  
retur. Hoc viderint q̃ asseuerãt. Cur igitur rogat, quomodo  
fiet istud? Quæ modũ interrogat, bonã partẽ ignorat  
negocij. Ad eũdem modũ cõcionatur paulo superius. Vir-  
ginem vero vt tam humile quicq; cogitaret, noluit pati spi-  
ritus qui in ea erat, noluit pati benedictus fructus vteris e-  
ius. Hanc cogitationẽ maxime alienã fuisse, vere credo a  
corde tam sancto in q̃ iam erat spiritus sanctus. Quid his  
verbis sibi velit Leus nõ intelligo. Ego puto virgines illas  
maxime.

maxime tangi cogitationibus huiusmodi, quales ego tribuo Mariae, in quibus maxime spiritus sanctus inhabitat, castarū cogitationū autor. Quo charius amant pudiciam, hoc illi tenerius metuunt. Rursus aliquāto superius. Quid hic amatorium, non syncerum, nō castum? Quid ego audio? An Lec nihil est amatorium, nisi insyncerum & impudicum. Addit, Amatoris fuisset aut proci, nomen primum cōpellare virginis, & blando quopiam vti exordio. Etiam amatoriam artem docet Leus, si superis placet. At quibus verbis primū Ioseph sponsus futur⁹, salutavit Mariam sponsam futurā. An non verecunde, sed tamen amanter eā compellauit? Postremo non dico angelum fuisse procum, Iam enim sponsum habebat virgo, Sed forte suspicabatur aliquid adferre iuuenem noui. Postremo, an non satis blandum exordium est Aue dilecta? Hic videri obiter deprehendisse Lei errorem, qui putarit totū hūc sermonem angeli fuisse, quo vulgo salutamus virginem deiparam. Scribit enim hunc in modum, Aue gratia plena dominus tecum, & quod sequitur, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Non hec amatorum verba, sed miram & nouam gratiam explicantia. Ex his Lei verbis, satis liquet, illum etiam Elizabeth sermonem angelo tribuere. Cuiusmodi lapsus si mihi contigisset, quibus modis ille traduceret inscitiam meam. Et tamē ego toties vocor inmodestus, ac petulans, quum ipse sit exemplar Christianae modestiae. Sed pergit concionari, respondens ihs, quae subnotaram in schedulis, Non sum, inquit, stomachatus, dolui verius, quam stomachatus sum, quod tam lasciuus, Quibus verbis vis te moneri, in re tam seria, si hic stomachus est? Primum non erat illi satis dicere, quod lasciuus, nisi addidisset, quod tam lasciuus. Deinde nugamentum hoc, quod ille serio rem seriam vocat, Sed pergit, Vt permittam tibi personas & schemata, dum rem ipsam, vt gerebatur, veluti ostentas ad oculum, quo ipse mo

deus rei gestae, alioqui obscurus sit manifestior, ita non per  
mittendum, dum veritatem historiae sectaris, vt quicquam  
fingas praeter id, quod vere gestum est. Et secus facere in  
historia sacra, etiam impium iudicauerim, & eo magis im-  
pium, quo est turpius, & a sacris mysterijs magis alienū,  
quod fingitur. Quaeso quid hic agit Leus, quum pauca  
quae narrata sunt, conijcere? An non passim id faciunt in-  
terpretes sacri? An non multa comminiscitur Bonauen-  
tura? Quis autem tam insanus est, qui fingere vellet, quod  
factum non sit? An quicquid scriptum non est, factum non  
est? Nec ego adfero nouam historiam, sed quod scriptum  
est interpretor, sequutus non pessimum opinor, autorem  
Ambrosium. Atque hic obiter impingit, meam interpre-  
tationem esse turpem, quum ante lasciuam dixerit, in qua  
quid est turpe, nisi ei, cui turpia sunt etiam honesta. Sed  
horret Leus proci nomen, horret amatoris nomen, horret  
pronubi nomen, clamitans me his verbis lasciuire, quasi  
fenserim hic aliquid param pudicum. Cur non horret to-  
tum illud canticum amatorium, quod hodie vsus eccle-  
siae accommodat ad virginem matrem? Cur non horret  
quoties Mariam dei sponsam dicimus? Cum dicimus ob  
insignem animi puritatem ac modestiam adamatam deo?  
Si proci est, qui ambit, vt fiat sponsus, qui turpius est pro-  
ci, quam sponsi vocabulum. Quanquam Horatio fert ani-  
mus Lei tam tenere castus, virginis Agnetis vitā ab Am-  
brosio depictam? Quid est procorum aut amatorum, quod  
illuc non accommodetur ad virginem Christo dicatam?  
Quid quod ante me Ioannes Damascenus conjugij coele-  
stis allegoriam explicuit. Adamat deus pater, mittit ange-  
lum paranymphum, qui virginis assensum impetret, quae  
nisi se praebuisset amplexui coelesti, non erat conceptura fi-  
lium dei. Simul atque assensa est, iam sponsam suam obum-  
brat

brat virtus altissimi. Is erat veluti quidam connubialis cō-  
plexus. Illabitur spiritus sanctus in vterum virginis, ex hoc  
oritur nouus foetus. Et pater filium suum, quem ineffabili  
mō semper gignit ex se, rursus alio qđā mō genuit ex vir-  
gine. At ne Leus clamitet hęc mihi artificio rhetorico, vel  
cōfingi, vel attolli, autoris ipsius verba subscribā, quę refe-  
runtur Theologicarum sententiarum libro tercio distinc-  
tertia. Mariam quoq;. Post consensum, inquit, sancta vir-  
ginis, spiritus sanctus superuenit in ipsam, secundum ver-  
bum domini, quod dixit angelus, purgans ipsam, & po-  
tentiam deitatis verbi receptiuam, preparans, simul autem  
& generatiuam. Et tunc obumbravit, ipsam dei altissimi p-  
se sapiētia & virtus existens, id est, filius dei, patri hominis  
es, i. consubstāialis, sicut diuinū semen, & copulauit sibī p-  
li, expurissimis ipsius virginis sanguinibus, nřę antiquę  
conspersionis carnē, animatā aia rationali & intellectiua,  
nō seminans, sed p spiritū sanctum creans. Hactenus Ioan-  
nis Damasceni verba recensuimus. Ad quę licet nō respō-  
deat ad amissim nostrū cōmentū, mihi tñ satis est, qđ hic qđ  
qđ per allegoriā fit allusio, ad ea quę fieri solent in coitu cō-  
iugali. Exposcit assensus, preparat vis cōceptiua & gene-  
ratiua illapsu diuini spiritus, fit mentio diuini seminis, opi-  
fex spiritus hoc agit in hac cœlesti conceptione, quod in ali-  
is agit semen virile, qui velut actus est in cōceptu. Sed hor-  
ret Leus dici quicquam fuisse vice masculini seminis, in  
ea conceptione. At qui cum legim⁹, Qđ in ea natū est, de  
spū sancto est, p inde sonat quasi dicas, nō est ex virili semi-  
ne, qđ tū suspicaris, sed ex spū sancto. Nōne spiritū sanctū  
opposuit semini virili. Rursus in hymno, quē canit chorus  
ecclesiasticus. Nō ex virili semine, sed mystico spiramine,  
palā idem fecit Prudentius. Impiū existimat Leus dicere  
qđcūq; illic fuisse seminis masculinī vice? At qđ aliud ē hoc  
dicere, qđ negare illic fuisse semen masculinū, sed qđ in vul-  
garibus cōceptibus iuxta naturę ordinem effecit spiritus sanctus,  
hoc in Maria supra naturę ordinem effecit spiritus sanctus.

Quaeso te lector, quid hic est, quod debeat castas aures of-  
 fendere? Imo quid non potius dignum illo coelesti cōtur-  
 gior? At nō placet Leo, qđ <sup>καριτωμεν</sup> grācis sonet gra-  
 tiosam, aut vnice charā. Est em̄ participiū a verbo <sup>καριτω</sup>  
 quod est gratiosam facio. Sed <sup>καριτω</sup> inqt in meo lexico  
 est, gratia impleo. Quid facias, si sic habet lexicū Lei? Nō  
 opinor licebit refragari. At qđ Homerus Achillē sic loquē-  
 tē facit ad amato suo patroclo, <sup>καριτωμεν</sup> Deide  
 stomachatur quod sibi obijciā grācū vocabulū, cū pro-  
 babile sit angelū hebraice loquutum. Demus istud, aut si  
 manult syriace, sed ego tm̄ tribuo Lucę, vt vocē illam qua  
 vsus est angelus, bona fide reddiderit grāce: nisi negabit  
 Leus Lucā grāce scripsisse Euangelū. Tandē his nō sa-  
 tis fatus Leus, ait se citasse vt legit ecclesia, cui plus tribuit  
 qđ grāco meo. Quaeso te lector, quis posset hac absqđ risu  
 legere? An meū grēcū est, quod scripsit Lucas? An quod  
 legit ecclesia latina, vt eūqđ versum, plus habet autoritatis, qđ  
 quod scripsit Lucas? An quoties versatur in explicandis  
 mysterijs diuinę scripturę, nō licebit aliud asserre, qđ quod  
 legit ecclesia latina? Atqđ qđies id facit Hieronymus, qđies  
 Ambrosius, qđies Augustinus? Nec ideo nego Mariā gra-  
 tia plenā fuisse, qđ <sup>καριτωμεν</sup> sonet dilectā. Quid em̄ pios  
 hoies implet grā, nisi charitas, qua deus illos cōplectit? &  
 ad se trahit? Postremo nouū nō est Hieronymo, vulgatā  
 lectionē seqđ, præserti, si id obiter fiat. Cetera nō satis digna  
 mihi vidētur, qđbus respōdeatur. Nec em̄ mihi necesse est,  
 ad omnia respondere serio, quę ille profert, ex schedis me-  
 is non in hoc scriptis. Satis hoc illi sit, quod hoc auctario li-  
 bellū suū auxerit. Atqđ hūc quoqđ locū sic adducit in primo  
 indice vt taxet me, quod de salutifera illa salutatione petu-  
 lantius quiddam sim loquutus.

Luca. ij.

AD XXXIII.

**H**lectotos populos in me cōcitat, eorum qui mēdicita-  
 tem profitētur: quod Christum noluerim mendicaf-  
 se,

se, quæadmodum nunc vulgo mendicatur. Ac ne cauillis  
 Lei respondeam, quibus interim locupletat librum suum  
 & miserum lectorẽ onerat, Ait admodum probabile sibi  
 videri mēdicasse Christum, quod apostolos tantopere in-  
 uitarit ad mēdicandum. Etenim cum suos legatos emisertit  
 sine cōmeatu, necesse fuit eos mendicare. Imo iubet eos  
 ingressos vicũ aut oppidum explorare, qui sint probi  
 & auidi vitæ melioris, doctrinæq; Euāgelicæ, Cuius iam  
 nōnullus rumor apostolorum prædicationem præcesserat  
 Apud hos iubet eos diuertere a quibus erant cupide exci-  
 piendi Quos si nullos repperissent, iubet vt excusso pedũ  
 puluere, demigrent alio. An hoc est ad mēditatem voca-  
 re: Deinde refellit, quod dixerim Christum non aliter di-  
 ctum mendicũ q̄ vermem: quod verm̄is dicatur translate,  
 mēdicus vere. Non me fugit, quid philosophetur Augu-  
 stinus in nomine verm̄is, At mihi videtur magis hyperbo-  
 le q̄ metaphora. Sequitur em̄, & nō homo, & vt homo ve-  
 hemẽter abiectus, nō homo dicitur, ἡ περιβολικῶς, ita dici-  
 tur verm̄is. Atq; eadem ratione qui sunt admodũ tenui for-  
 tuna mēdicos dicimus. Reijcit & illud, quod annotaram  
 in schedis τῶν κερῶν græcis & pauperẽ dici. Id negat hoc lo-  
 co cōsistere, quod mox sequatur in psalmo, ἡ περιβοῦς. Ita fu-  
 turum vt bis dicatur pauper. His argumentis tātus Theo-  
 logus, vt videri vult, agit cū Erasmo, nimirum homine stu-  
 pido. Quasi vero non hoc solemne sit hebræorum libris,  
 vt remeandem, alijs atq; alijs verbis inculcent. Quod si  
 veritas, Ego sum egenus, & pauper, quid erit incommo-  
 di:

AD XXXIII.

Et non cognouerunt parentes eius.

Lucæ. ij.

**H**ic mecum delitigat, quod cum in annotationibus ad  
 monuissẽm haberi duplicem lectionem apud græ-  
 cos, quarum alteram suspicarer esse mutatam, sequutus sim  
 eam quæ mihi magis probaretur. Atq; hic aut ego sum e-  
 gregie stupidus, aut Leus non satis intelligit quid ratioci-  
 netur

netur. Nō sequeris inquit hanc lectionē quā dicis in græcis codicibus haberi, Nam in cōtextu iuxta græcū reddis, & parētes eius. Et in annotatione huius loci, credis immutatama quopiā lectionē qui timeret Ioseph vocare patrem Iesu. Quid ergo dicis te sequi, quod magis tibi probatur, cum hanc lectionē (Ioseph & mater eius) nec sequaris nec probes. His atq; alijs verbis me Leus obiurgat, nec video, quid stomachetur Aio quod in nōnullis codicibus legit, Ioseph & mater eius, a nescio quo mihi videri mutatū, pro eo quod in alijs recte scriptū arbitror, & nō cognouerunt parētes eius, fortasse verito ne Ioseph videretur vocare parentem Iesu. Hoc quod suspicor inductū, nō sequor in cōtextu, quod germanū puto, sequor. Hic quid Leum offendat non video, nisi fortassis errat, in hoc quod mutatā dicit lectionem quam non sequor & intelligit me loqui de ea, a qua mutatio facta sit: neq; sentit id etiam mutatum dici latinis, quod ab alio versum est. Porro recte ne putarit mutandum ille quisquis fuit, nō est meū defendere, cū illius mutationē non approbē. Et tamen hoc a me exigit Leus.

#### AD XXXV.

Lucæ. iij. **C**Vm argumētum genealogiæ Christi vehemēter p̄plexum sit ac prorsus inexplicabile, quod & ipse fatetur Hieronymus, nec inficiatur Leus, adduxi & ipse quædam in medium, quæ possent adminiculo esse, rem alius vestigare cupientibus. Nam testor superstiosam hac in re diligentiam pene iudaicam esse, & inutilem. Neq; dissimulo ex quibus autoribus hauserim, quod adfero, nimirū maxima ex parte ex Annij commentarijs, & ex Philone quem

quem ille nobis Latinum proponit. Quorum auctoritati  
ne quis plus satis tribueret, lectorem his verbis pramone  
o. Ea quæ admodum probabilia sunt, tamen quoniam An  
nius non tam certo citat quæ vellem præsertim in re contro  
uerfa, neque nobis erat græci Philonis copia, paucis attin  
egnda iudicauimus, & in hoc dumtaxat quo lectori dili  
genti cætera peruestigandi præberemus ansam, præsertim  
cum hæc pene <sup>totæ</sup> sint huic instituto, Ad hunc modum  
ingressus hunc locum, hoc pacto claudo. Hæc pauca e  
multis carptim delibauimus, ne nihil lucis præberemus a  
uidis eadem exactius inquirendi, præsertim cum ad histo  
rie fidem faciant. Neque rursus probarim in huiusmodi que  
stionibus, vel anxie distorqueri, vel contentiose digladi  
ari, in quibus haud multo plus fructus esse video, quæ in il  
la nobili pugna Theologorum, de conceptione deipare  
virginis, Et Paulus non vno in loco monet, pijs homini  
bus huiusmodi genealogias, & nunquam finiendas quæstio  
nes esse vitandas, quod non solum nihil conducant ad pi  
etatem, verum etiam pariatur lites & contentiones, pestem  
Christiane concordie. Hæc cum testatus sim rem esse  
perplexam, varias esse scriptorum opiniones, me Annio,  
& Philonem quem is adducit, non vsquequaque fidere, nimi  
rum libero me periculo disputationis. Et tamen Leus  
ita mecum agit, quasi vnus ipse sim autor ac propugnator  
huius totius negocij. Ne Fabri quidem Stapulensis vsque  
memor. Hæc præfari visum est candide lector, ne expe  
ctes a nobis vt hic totis copijs congregiamur cum Leo.  
Nam si quis velit in re perplexissima repetere quid diui  
net Augustinus, quid Ambrosius, quid Hieronymus,  
quid Origenes, quid Nazianzenus, quid Philo, quid in  
ter recentiores Annius, quid Lyranus, quid Burgenfis,  
quid Iacobus Faber, eaque velit inter se conferre, nec exi  
gui voluminis nec exigui temporis fuerit negocium.  
Tantum in transcurso quædam attingam, ne protius  
Leo

Leo, tamen certum victori triumphum decernat credulus lector.  
 Primum hoc male habet Leum, quod scripserim etiam Hieronymum  
 in hac propemodum esse sententia, ut dicat Nathan  
 cuius Lucas meminit in genealogia Christi, fuisse propheta  
 tam illum, a quo legimus obiurgatum David, ob adulteri-  
 um homicidio copulatum. Mihi nondum satis liquet, quod  
 senserit Hieronymus, certe loca quae adducit Leus, docent  
 quidem Nathan quendam fuisse filium Samaei patrum David,  
 at non docent hunc esse Nathan, quem Lucas refert in ge-  
 nealogia Christi, per quem stirpis series instauratur. Porro  
 cum quidam, quorum de numero sunt Augustinus, & Ambro-  
 sius, Nathan prophetam, quem eundem coguntur magnopere  
 longeuum facere, velint adoptatum fuisse David in filij vi-  
 cem, quis unquam adoptauit patrum suum, ac fortassis natum ma-  
 iorem? At ego cum praeter Philonis auctoritatem, ex praefa-  
 ctione, quae titulo Hieronymi praefertur Lucae, doceam hunc  
 cuius meminit Lucas in genealogia fuisse filium David,  
 non fratrem, cum idem doceam ex auctoritate Gregorij Nazian-  
 zeni, qui in carmine quo prosequitur Christi genealo-  
 giam, duos recenset <sup>David</sup> Salomonem & Nathan, Na-  
 than ex aequo coniungens cum filio naturali, nec ullam ad-  
 dens mentionem adoptionis. Etiam si non inficio huius au-  
 toris sermonem subobscurum esse, cum ex primi Paraliphi, libri ca-  
 pituli iij. doceam Nathan recenseri, inter filios David & ita recenseri,  
 ut non possit accipi filius adoptionis, quum noiatim dicantur fi-  
 lii David ex Bersabea, nihil horum refellit Leus, ceterum ad-  
 ferre quaedam, quae neque causam ipsius admodum iuuant, neque mihi  
 palam aduersantur. Atque haec quidem, ut fateor non esse sa-  
 tis ad explicandam totam huius quaestiones difficultatem,  
 ita puto sufficere ad refellendam, quae Leu tanquam ineu-  
 tabile telum produxit aduersus meam annotationem.

AD XXXVI.

**A**Rrodit & illud, quod scripserim in priorae ditione  
 Lex erat, si quis sine liberis decessisset, ut huius fra-  
 ser

ter inſtauraret poſteritatē defuncti, Itaq; qui ſic natus erat  
duos habebat patres, alterꝝ naturalē ex quo natus erat, al-  
terꝝ legalē in cuius nomē & progeniē ſuccedebat, nēpe  
defuncti. Quo qdē in loco neſcio quo cōſilio ſiue Le<sup>o</sup> ſiue  
quis alius, mea verba tribus in locis viciavit, ſermonē ex  
bene latino barbarū reddēs. Pro itaq; mutavit, ita quod, p  
habebat, habet, pro ſuccedebat, ſuccedat. Atq; interim ne  
coheret quidē ſermo, Præceſſit erat lex, & cōſequitur ha-  
beat, poſſideat. Quod idē ſi mihi permiſiſſem in ipſius ſer-  
mone recitādo, vt graue flagitiū imputaret. Clamaret me  
falſariū, qui florē orationis ipſius cōtaminaviſſem. Verū vt  
his neglectis rem tractemus. Hic arguit me Leus inſcitie,  
ſed quæ mihi fuerit cū Auguſtino cōmunis. Nā Auguſti-  
nus putavit eū q natus eſſet ex eo, q ex vxore relicta inſtau-  
rauit ſtirpē fratris defuncti, ſumere ſibi nomē, nō patris, ſed  
patruī mortui, vt ſi illi nomē fuiſſet Petrus patri Ioānes, na-  
tus nō diceret Ioānes, ſed Petrus. Hāc opinionē, quoniā re-  
tractavit Auguſtinus, miratur me quoq; nō ceciniffe pal-  
lodiā. At q quod Auguſtinus ſenſit, ego nec ſcripſi, nec co-  
gitaui. Latiniſ em̄ dicunt in nomē ſuccedere q aſciſcūtur  
in familiā, etiā per adoptionē, nō qd idē nomē ſortiantur,  
ſed quod prænoie, aut adnoie teſtētur ſeſe cooptatos in fa-  
miliā velut in nomē piorū Antoninoꝝ, Piſonū, Africano-  
rum, Ciceronū, Naſonū. Porro quod apud Romanos e-  
rat prænomē, aut adnomē, hoc erat apud Hebræos additū  
patris nomē, Iacobus Alphei, Iacobus Zebedei. Atq; ideo  
dixi ſic natū in nomē defuncti ſuccedere, quod is notādus  
eſſet, nō patris adnoie, ſed patruī. Ac ne quis erraret in vo-  
cabulo nois addo, in nomē & progeniē, videlicet expli-  
cans qd dixiſſem nomē. Progeniē em̄ dictā eſſe conſtat a  
progignēdo. Atq; hic nō erat progenitus ab eo, cuius dici-  
tur filius. Vides optime lector, errorē quē mihi impingit  
Leus, nō in meis verbis, ſed in ipſius oculis fuiſſe.

AD XXXVII.

I 1

Refellit

**R**efellit qđ scripserim Solomonis stirpē defecisse in Ozochia. Cum libri regū. iij. cap. xi. legamus Ioas filiū Ozochie, subreptū e manibus trucidantiū filios regis. Rursum. ij. lib. Paralipo. cap. xxij. res eadē iteret. Ceterū cū in priore loco narret sublatū esse omne semē regis, & in posteriore, legamus nullā spem fuisse reliquā, fore vt posthac regnaret aliqs ex stirpe Ozochie quomodo cōstabit qđ scriptū est, Si supesset adhuc filius Ozochie? Dicit nō esse locū tergiversandi, Cū vtrobicq; dicat Ioas filius Ozochie. Hic ex autoritate Philonis respōdeo, Ioas dici filiū Ozochie, nō natura, sed tm̄ iure successionis. Si hoc Philo nō aperte pronūciat, me si volet in ius vocet. Leus, Si est vt cito, cū illo pugnet potius q̄ mecū. Sed Philonē habet suspectū vt Iudaissantē. Atqui tāto magis potuit hęc ex hebraeorū cōmentarijs cognoscere, p̄sertim cum vir fuerit, id quod negari nō potest, incōparabili doctrina, rei q; Iudaicę pitissimus. Neq; em̄ hic agitur de fide Eūgelica in qua tutū nō fuerit Philoni credere, sed de narratione veteris instrumenti. Iudaissat & Iosephus, & tm̄ huius in historia grauis est autoritas. Iā an aliqs existimet plus tribuendū cōieturis, quas ex suo ingenio Leus adducit, an Philonis autoritati, quod ad me pertinet lectori liberum esto.

#### AD XXXVIII

**A**tq; eadē opa respōsum arbitror, ad annotationē illius. xxxviij. q̄ nihil agit aduersum me, nisi Leus efficacibus argumētis doceat, Nathan q; recēsettr apud Lucam in genealogia Christi, nō fuisse filiū Dauid. Atqui id nō esse factū iā demonstrauī. Qđ si maxime fecerit, cū Philone illi res erit, potius q̄ mecū ille autor est, ego sententiā aliam enam, nullo meo periculo recēseo.

#### AD XXXIX.

**O**ppugnat & illud qđ ex eodē autore annotarim Lehoiakim, quē corrupte dicimus Ioachim, binoiem esse, qđ idē alias dicat Elich, addēs hūc fuisse naturalē patrē Marię, Auū Iesu Christi secūdū carnē. Id refellit Leus hoc Lēmate.

limate. Cū Elich inq̄t decesserit nō relictis liberis, nō potuit esse pater Ioseph, Atq̄ hui⁹ rei citat autores Augustinū & Hieronymū, quorū vterq̄ tñ sequutus sit Africanū. Iacob inq̄t frater Elich vterinus suscitauit fratri defūcto semen, iuxta deeretū legis, & genuit Ioseph, q̄ sic erat legalis filius Elich. Qd̄ si fatear esse verū, cōtinco esse falsū qd̄ annorauī Lncā sequutū esse lineā naturalē, cū Matthæus cōtra legalē sequutus sit. Ad quæ ne nihil respondeā, subscribā Hieronymi verba, q̄bus enarrat primū Matthæi caput. Hūc inquit locū obiecit nobis Iulianus Angustus, de dissōnātia Euāgelistarū, Cur Euāgelista Matthæus Ioseph dixerit filiū Iacob, Et Lucas eū filiū appellarit Heli, nō intelligēs cōsuetudinē scripturarū, qd̄ alter secundū naturā, alter sc̄dm legē ei pater sit. Scimus em̄ hoc p̄ Moysen deo iubēte p̄ceptū, vt si frater aut ppinquus absq̄ liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat vxorē, ad suscitādū semē fratris vel ppinquifui. Sup hoc & Africanus tpm̄ scriptor & Eusebius Cæsariēsis in libris *περι διαφωνίας των ευαγγελιστων* plenius disputarūt. Hactenus Hieronymus, Atqui ex his verbis nihil p̄t euinci, vter fuerit pater Ioseph naturalis, vter legalis. Tantū hoc reperitū est ad explicādū nodū q̄stionis, potuisse fieri, vt alter fuerit naturalis, alter legalis. Atq̄ ita neutrū Euāgelistā fuisse mētītū, cū Ioseph ad hāc rationē duos habuerit patres. Nec ē verisimile Africanū aut Eusebiū aliqd̄ exploratius sup hac re pdidisse, sed tñ ostēdisse, rationē explicādē q̄stionis, Alioq̄ si qd̄ attulissent certas, vti fuissent eo p̄sidio nostri, q̄ laborāt in huius q̄stionis angustijs, At Augustinus libro questionū Euāgelicarū secūdo, nullū nō mouēs lapidē q̄ possit ab huius quæstionis angustijs elabi, pponit ratiōes quatuor. Primā vt accipiam⁹ patrē Ioseph fuisse binoiēm, verū hāc ilico rejicit ip̄e. Secūda, vt intelligamus Ioseph duos fuisse patres, alterē a q̄ fuerit genitus, alterē a q̄ fuerit adoptat⁹. Tertiā vt intelligam⁹, ab altero Euāgelistarū poni nomē patris, qui genuerit Ioseph, ab altero nomē ei⁹, in cui⁹ stirpē vult eū lex imputari, cui

qui ex eo natus sit, qui ducta vxore defuncti sine liberis, in  
staurauit posteritatē fratris, aut p̄p̄nqui. Et hāc reijcit Au  
gustinus, sed inefficaci argumēto, q̄ q̄ sic essent nati, ferēt  
nomē defuncti, in cuius p̄geniē ascribūtur. Ita futurū fuis  
se, vt Ioseph nō debuerit appellari Ioseph, sed v̄t Iacob, v̄t  
Heli. Qd̄ clarius etiā asserit in quæstionibus sup̄ Deutero  
nomij lib. v. quæstione. xlvi. mox t̄n aliter interpretans. Sed  
hūc errorē suū agnoscit in libris retractationū. Quartā vt  
accipiamus ab euangelistarū altero, positū esse nomen ei⁹  
qui genuerit Ioseph, ab altero pro patre, aut, aut proauū,  
aut atauū, fuisse nominatū, qd̄ factū est apud Matthæū, q̄  
contexit seriem stirpis, omīssis in medio nominibus aliq̄t.  
Hæc tanq̄ diuinans refert Augustinus, nec t̄n ausus est p̄  
nunciare, vter euangelista posuerit nomen patris naturalis,  
aut p̄ximī, vter adoptiui, aut remotioris. Is q̄ scripsit veri  
tates in Augustinū, probabilius esse putat vt credamus, na  
turalē ac proximū patrē esse positū a Luca, q̄ a Matthæo.  
Atq̄ idē mecū sentit de Nathā, q̄ is nō fuerit p̄pheta, neq̄  
frater Dauid, sed filius, ita natu maior Solomone, vt fuerit  
illi p̄ximus. Verū quod hic nō excutit Augustinus, conat̄  
explicare libro de consensu Euāgelistarū. ij. cap. ij. Atq̄ il  
lic videtur in hanc cōiecturā propensior, vt existimemus a  
Luca nomen esse positū patris adoptiui. Nihil em̄ hic me  
minit de altero genere patris legalis, offensus opinor ea ra  
tione, quā superius rettuli. Sed huius cōiecturæ nō aliā ad  
docit causam, q̄ q̄ cū Matthæus scripserit, Iacob genuit Ioseph,  
Lucas abstinens a gignendi verbo, tantū dixerit Ioseph  
fuisse filiū Heli. Filiū aut̄ recte dici etiā adoptiū. At  
nō gignit, nisi p̄ naturalis. Qd̄ q̄ ipse mox hāc causam, vt  
imbecillum p̄p̄modū reijcit. Alioq̄ si nō dicit̄ genuisse, nō  
si verus p̄, quō tuebimur Matthæū in recensendis noib⁹  
aliq̄t. transilientē, cū p̄petuo t̄n vtā verbo gignendi, præ  
sertim cū in sacris libris genuisse dicātor, q̄ veri patres non  
sunt. Hæc cū ita differat Augustinus, quid aliud efficit, q̄  
vt rem

vt rem in dubio relinq̄at: Tractat hoc ipsum argumentū  
quæstione sup Deuteronomiū. xlvj. nihil attingens de su  
periori cōiectura. Iam qd̄ adducit Leus, ex carmine genea  
logico Nazianzeni, nō video cur huius autoritas nos vr  
gere debeat, nisi rationē adduxerit grauiorē, q̄ adduxit Au  
gustinus. Nec em̄ is alios habuit autores, q̄ Hieronymus,  
nec vllis vtitur argumentis

AD XL.

**I**Am eadē opera responsum arbitror ad annotationē. xl:  
Nec est animus pluribus hāc refellere, nisi Leus certio  
ribus argumētis euincat Nathan non fuisse filium David,  
& Heli non fuisse naturalem patrem Ioseph.

AD XLI.

**R**epetit quod ante iam dixerat, mihi nō recte videri,  
Nathan cuius meminit Lucas, eū fuisse, q̄ obiurga  
rit David, cū a me dissentiat Origenes & Hieronym⁹. Nō  
adducā hic eius operis incertū autorē, tm̄ hanc veniā petā  
a lectore, vt mihi quoq̄ liceat aliquoties ab Hieronymo &  
Origene dissentire, quod sibi permittit Leus, quoties est  
commodum. Quanq̄ hic non meam tueor sentētiam, sed  
alienam qualis qualis est recenseo.

AD XLII.

**Q**uod annotaueramus de Achesarim Letis hoc ar  
gumento cōtendit esse somniū, qd̄ huius rei nusq̄  
meminerit Hieronymus, alioqui taliū rerū longe diligen  
tissimus, neq̄ Paulus Burgenſis, licet in synagoga educa  
tus. Sed negari non potest hoc, pditū a Philone, cui diuus  
Hieronymus plurimū tribuit. De Paulo Burgenſi mirū  
videri nō debet, cum Philo, q̄uis Iudæus, Græce scripserit,  
cuius linguæ Burgenſis erat ignar⁹. Postremo fieri potest,  
vt & Hieronymus alicubi meminerit huius rei, neq̄ enim  
omnes illius lucubrations extant nobis, & fieri potest, vt  
ille librū hunc, Philonis aut non legerit aut non memine  
rit quod legerat: præsertim cū in catalogo scriptorum fateā  
tur non

tur nō ois huius lucubrations ad manus suas puenisse;

AD XLIII.

**R**efellit quod annotarā ex libri regū. iij. cap. iij. ppe-  
modū colligi posse, Nathan fuisse Ahisar institutū,  
hoc est, regiae stirpis instauratorē. Sic em̄ & illic appellari  
filiū Nathan Ahisar. Hic me lapsū existimat, quod exi-  
stimem illic Ahisar esse dignitatis vocabulū, cum Philo  
Ahisar interpretetur fratrem principis. Equidem haecenus  
cum Leo consentio. Quid tum postea? An ideo non erit  
dignitatis vocabulū? An ideo non declarabit instaurato-  
rem stirpis regiae? Porro quod addit fratres vocari cogna-  
tos, hoc aut nihil ad rem facit, aut p me facit. Sed huic sen-  
tentiae dissilus Leus, alteram profert, vt ipsi videtur cōmo-  
diorem, Zabud fuisse fratrem principis Azariae, qui etiā  
fuit filius Nathan, & praefectus simpliciter. Superius ita lo-  
quebatur, quasi Nathan hic esset dictus Ahisar, cum de fi-  
lio dixerim, nisi Ahisar pronunciemus gignendū casu. Hic  
ait Zabud fratrem Azariae filiū Nathan fuisse praefectum  
simpliciter. Hoc an ab Hieronymo proditū sit nescio, cer-  
te constat in hoc quem modo citavi loco, Zabud fuisse sa-  
cerdotē & amicū regis. Qd si sermo Lei (nam est anceps)  
sentit Azariam esse eundem, qui est Ahisar, id quod repe-  
rio in scheda, quam vt ante dixi, describendam curaueram  
mihi videtur reclamare locus ipse, vbi primo loco recen-  
setur Azarias filius, ac paulo post Ahizar, praepositus do-  
mus. Nec illi tñ Azariae tribuitur simpliciter praefectura,  
velut omnibus praesideret. Sed recensetur inter scribas. Ve-  
rum hoc nec admodū ad me ptinet, & ego ceu cōiecturā  
leuem proposueram, cum aīo, propemodum colligi.

AD XLIII.

**A**rrodit & illud, quod ex eodem autore scripsērā tri-  
bum Beniamin pertinuisse ad Achesarim. Christus  
inquit, de Iuda erat, nihil ergo illi cū istis Achesarim fuisse  
hic ptinus me respōdentē facit, Non dico Ahesarim fuisse  
de tribu

de tribu Benjamin, sed terram tribus Benjamin pertinuit  
se ad Achesarim, ut lector arbitretur hæc verba annotasse  
me in chartulis, quas mihi toties impingit, cum Basilæa p-  
xime reuersus annotationū mearū volumine iam absoluto  
hoc illi respōderim in colloquio, posteaq̄ deprehendi ho-  
minis errorem. Res humilis est, sed tñ obsecro te lector, ne  
pigeat cognoscere, quandoquidem huiusmodi fumis tra-  
ducimur. Cum in templo diui Petri colloqueremur, & ef-  
flagitarem proferret vnū aut alterum locū, experturus an  
possem tueri, nec ab illo posset extundi quicq̄, tandē ipse  
memor chartæ, quam ab Atensis scriba interceperam, nā  
ipsa charta mihi perierat, nondum tota perlecta, profero an-  
notationem, quæ tum illi prima erat, nunc nulla est, quod  
ex oratione mea deprehenderat errorem suum. Profero al-  
teram de *αρχαιολογία*, in qua cum ego notassem proprietatē  
Græcæ vocis, ille mihi obiecit Chrysostomum Latine ver-  
sum. Et hanc omisit, non dubium quin & alias complures  
omissurus, si proposuisset omnes. Tandem propono de  
genealogia Christi. Quid inq̄ hic periculi est? Quicq̄ a me  
recensetur, nō meo periculo recensetur, sed illorū quos ci-  
to. Deinde quid hic est periculi Christianæ religioni? Tū  
ille, vultu ad seueritatem cōposito, maximū inquit. Nam  
transfers Christum e sua tribu Iuda, in tribum Benjamin.  
Id cum vehementer admirarer, atq̄ efflagitarem, vbi nam  
loci prodidisset illud, noluit indicare locum, sed constan-  
ter asseueravit rem sic habere. Atqui profus insanirem, in-  
quam, si id facerem, & mecum ipse pugnarem, quum fa-  
ciam per Nathan instauratam stirpem Dauidicam, qui cū  
fuerit filius Dauid, qui potuit esse tribus Beniamitica.  
Quum nihil ad hæc responderet Deus, sed tantum perse-  
ueraret in asseuerando, tandem in mentem venit, quod sus-  
picarer illi præbuisse causam erroris. Fortassis, inquam, ali-  
cubi scribo tribū Benjamin pertinuisse ad Achesarim. Fas  
est ita esse, neq̄ negauit hūc esse locū, q̄ fuisset offensus  
Tum

Tum magis etiā sum admiratus, quod ex illis verbis, eam  
cōcepisset imaginationē. Nā si dixissem Ahesarim ptinuis  
se ad tribū Bēiamin causam fuisse futurā, cur suspicaretur  
me sentire, quod interpretaret. Nūc nō aliud intelligi pos  
se, q̄ si dixissem Hannoniā ptinere ad D. Ferdinandū Ca  
roli principis fratrē, si pars ea fuisset illius ditioni destinata.  
Hac cū audisset Leus. Ita ne inquit. Verū hoc erat expli  
candū. Eūq; sermonē semel atq; iterū repetēs <sup>εβατοδογισα</sup>  
το, Atqui latine inq; dixi, nec potui multo lucidius dicere.  
Nec aliud tū actū est super hac re inter nos, neq; tum tēpo  
ris neq; postea. Nūc dissimulat quo tēpore, quaq; occasio  
ne id respōderim. Et cauillatur me tum cū hac scriberē, nō  
hoc sensisse, quod post sum interpretatus, videlicet admo  
nitus ab amico quopiam. Quasi sim vsq; adeo stupidus vt  
nō sensurus fuerim, mea verba secū ex diametro pugnare,  
nisi monitore amico, Imo nunq; suspicaturus erā quēq; hoc  
ex sermone somniaturū fuisse, quod somniansit Leus, nisi  
se casu Leus prodidisset. Erat fateor apud me scheda Lei,  
sed nondū lecta, aut certe nō perlecta. Si verba mea sonā  
hoc qd̄ interptor, qua cōiectura Leus colligit me aliud sen  
sisse, q̄ verbis expresserim? Addit aliud Lēma, cur inquit  
hāc responsonē in annū distulisti, cū schedā meā habueris,  
& licuerit ilico respōdere? Causam accipe cur id factū nō  
sit Ideo curarā eam chartā describendā quia nō vacabat le  
gere, quæ nisi per ociū legeretur frustra legeret. Postremo  
qd̄ erat necesse ad oīa respōdere Quasi nō & alia dissimula  
rim, q̄ mihi videbantur friuola. Nec his cōtentus, aliud  
addit cōmētum. Si hoc sensisti inquit quod nūc interpreta  
ris, quid erat opus, vt ad Angliā hanc annotationē mite  
res, cōsulturus quēdam illuc, in sacris litteris summāte? Qd̄  
te fecisse, ipse mihi fastus es. Si huiusmodi cōmentis agerē  
cū Leo, protinus exclamaret me mortaliū oim mendacissi  
mum, q̄ nō vereretur illi, hac in os ingerere. Annotatio Lei  
hactenus sic apud me fuit, vt nūc demū cū hac scriberē mi  
hisi

hi sit perfecta, nec vnq̄ cuiq̄ est missa, nec infimati, nec sum-  
mati. Nec vnq̄ cuiq̄ mortaliū id sum falsus, quod mihi ne-  
per somniū quidē venit in mētem. Et tamē suspīcor vnde  
Leus coeperit occasionem huius erroris. Nec em̄ libet illi  
impingere, quod hæc data opera cōmīscatur. Narravi il-  
li in familiari colloquio, me cū essem in Anglia tum primū  
ac recēs ad ito nouo testamēto, repperisse Theologū illū,  
quē ille summātē vocat, & merito vocat, occupatū in ex-  
plicāda genealogia Christi, atq̄ hac gratia cōsuluisse Cap-  
tionem per litteras. Cæterū ipse tum nihil minus cogitabā  
q̄ futurū, vt Leus mihi de genealogia moueret bellū. Ipse  
nullus oraculū cōsului, neq̄ quisq̄ de tripode respōdit. Per-  
git causificari. Quid facit inquit ad explicandā genealogi-  
am vt doceas, quæ prædia Ahezirim sortiti sint. Hoc mi-  
hi imposuit, quod suspīcater nihil illic dictū, quod nō per-  
tineret ad eum locū. Si Leus fatetur sibi imposītū esse, cur  
argumētatur me aliud sensisse, cum illa scriberem, q̄ nunc  
interpreter. Cum quæ Philo disseruisset de Ahezirim, cō-  
traxissem in compendium, visum est & hoc adijcere, ne  
quod suspīcatur Leus, somniū esse videretur nomen Ahe-  
zarim. An alias dixerim Christum non esse de tribu Iuda-  
suo discutietur loco. Hanc argumētationem ita claudit Le-  
us. Hæc dixerim, quod nolim videri calumniator, quo nō  
mine, vt audio, tu me notas nominatim pro præsentī anno-  
tatione. Imo nunq̄ illi nomē calūniatoris tribui, ob hunc fa-  
ne locum. Verū apud Arēsem, et alios aliquot testatus sum  
Leum nō intellexisse locū hunc, vnde moueret tragœdiā,  
Inscitiam impegi, non calumniam. Nam Calumniator, sci-  
ens ac prudens intendit crimen innocenti. Hic Leus per  
errorem peccasse mihi dictus est, non de industria. Viden-  
dum igitur, ne quod scribit me nominatim sese insimulas-  
se calumnię propter hunc locum, propius sit calumnię, q̄  
quod ea reprehendit, quæ non intellexit, etiam si hoc quo-  
q̄ turpissimum est, præsertim si quis hoc agat tanto super-  
cilio,

cilio, tanq̄ atrociter. Iam̄ pergit pugnare cū Philone, quē  
nescio, cur meū vocet autorē. An ego solus habeo, aut le-  
go Philonē: aut huic addictior sum q̄ quisq̄ alius? An hu-  
ius sentētiā tueor, quā recito dūtaxat: Quod si Philonē  
habet autorē quisquis ex eo citat aliquid, quid vetat quo-  
minus & Leus hunc suū autorem appeller: quādoquidē  
ex hoc etiā mea refellit, aut certe conatur. Atq̄ huic impin-  
git odiū, odio mei, ac fidē abrogat, ne mihi fides habeatur  
Mihi inquit videtur sapere Iudæorū fermētum, quibuspu-  
to in hac parte minime fidēdum, cum Hieronymus in cō-  
mentarijs in Micheam dicat ab his multa erasa, ne Christ⁹  
de tribu Iuda ortus videatur, & sic nescio quid veneni sub-  
sit. Nam idem ipsum videor mihi posse elicere ex dicto au-  
toris tui. Hactenus Leus cuius sermo quod fermenti ger-  
nus sapiat, viderit ipse. Mihi cum Philone nihil est nego-  
ciū, nec illū defendā, sed innocētiā, Philo Iudæus fuit nega-  
ri nō potest, Sed hoc illi fuit cum apostolo Petro cōmune.  
Sed hūc Iudæū Hieronymus inter ecclesiasticos scriptores  
recenset, huius opera præclara laudibus vehit, testās illi &  
cum Petro apostolo fuisse necessitudinē, ac bene voluisse  
Marco Euāgelistæ quod libro ædito, cui titulum fecit *ἱστο-  
ρίου θεωρητικῶν κειμένων* .i. de cōtēplatiua vita supplicum laudi-  
bus ornat ecclesiam Marci, hoc est Petri sectatores. Quod  
si Iudæorū taliū libris nulla sit habēda fides, quæso cur Hie-  
ronymus tories adducit Hebræorū testimonia, Aut vnde  
illorū cōmentarijs: Cur tantū tribuit Iosepho: Cur Egeli-  
por: Cur ipse magna mercede cōduxit cum alios Iudæos, tū  
nocturnū illū præceptorē Barhamina: Nō est fidendū Iu-  
dæis, quemadmodum fidimus scripturis Canonicis. Neq̄  
tamen reiiciendum si quid adferant probabile. Sunt enim  
p̄ multa in veteris instrumenti libris, quæ non possunt a no-  
bis intelligi, propter inscitiam antiquitatum eius gentis.  
Hæc a quibus potius petenda sunt, q̄ ab illis: Porro quod  
Hiero-

Hieronymus negat illis fidendum, quid ad Phisonem?  
An ille erasit aliquid in voluminibus veteris testamenti,  
Nam illic profecto Hieronymus non agit de libris Iudæ  
orum, sed de codicibus Hebræorū viciatis. Atq; huiusmo  
diffructuosis argumētis Leus colligit hic nescio quid subesse  
veneni. Verum in his quæ subiicit, propius vrget. Nam  
idem ipsum inquit, videor mihi posse elicere, ex dicto au  
toris tui. Audiamus igitur solidam argumētationem ex ip  
sare. Dicit inquit ad Ahesarim pertinuisse possessionem  
tribus Benjamin. Sed cum in sacris litteris in libro nume  
rorum non licuerit transferri possessionem a tribu in tribū,  
Nam præcipit vt hæreditas permaneat in familijs, nec sibi  
miscantur tribus, Consequens igitur fuerit Ahesarim fu  
isse de tribu Benjamin. Ex illo loco in numeris probat An  
nius Mariam fuisse de tribu Iuda nec consentaneū est Bē  
iamin fuisse sine possessione. Quin & satis erat Ahesarim  
si erant de tribu Iuda, vt gauderent possessione tribus suæ,  
quæ multo amplior erat, q̄ cæterarum tribuū. Itaq; vt vide  
tur aliterum necesse est sequi, vel Ahesarim de tribu Ben  
iamin fuisse, vel ad Ahesarim terram tribus Benjamin non  
pertinuisse, cum vnus tribus terram, in aliam tribum trās  
ferri contra legis præscriptum esset. Hactenus Lei verba  
recitauimus. Neq; dubito quin statim occurrat lectori vel  
idiotæ, quid ad hæc possit responderi. Nimirum aliter ter  
ram a principe possideri, aliter a priuato domino. An ideo  
Phrisij depellerentur agris suis, si venirent in ditionem Ca  
rolin nostræ? An Dauid rex in vnicam duntaxat tribum  
Iuda, ditionē habebat? An non leguntur postea defcuiſſe  
a Roboam imperio, quæ paruerant Solomoni? Atq; hæc  
facta sunt non permixtis possessionibus tribuum. Alioqui  
si Ahesarim possidebant tribum Iuda, quid habebat stirps  
regia. Sic sensit Philo, Non ipsas possessiones esse traditas  
Ahesarim, vt priuatos dominos excluderēt, sed vt ex tribu  
tis ac vectigalibus eius tribus more principum viuerent.

Id si non potest, nisi qui sit eiusdem tribus, est aliquid quod  
ratiocinatur Leus: Sed hoc non solum falsum est, verum etiam  
dictu ridiculum. Et ubi tandem est venenum, quod hic vidit  
subesse Leus: Vbi cornutus ille Syllogismus, e duobus al  
terum necessario colligens: Vbi Maria periclitans, ne e sua  
tribu, in alienam depellatur: Sed in his in amoenis labyrin  
this nimium diu versamur, & meus animus a nullo argu  
mento magis abhorret.

AD XLV.

**Q**uod hic annotat Leus, non video quid faciat con  
tra meam annotationem. Nam esse participium inci  
piendi apud Grecos, ἀρχαίως, & esse presentis temporis ne  
mo tam impudens est qui neget, quod negari nullo mo  
do potest. Sed quid interim peccaui, si comonefecit lecto  
rem, quid sermo Graecus declararet Latinis auribus: An  
ingredi Latinis non significat incipere: Sed in prior e editi  
one, ita vertis. Imo testatus sum antehac, cum ventum esset  
ad Lucam, me multa reliquisse, ut erant. At in posteriore edi  
tione secus verto. Et ipse Iesus incipiebat esse ferme anno  
rum triginta, ut putabatur filius Ioseph. Hoc an annotarit  
Leus nescio, certe quicquid est, nihil ad me pertinet, nisi quod  
ille noluit perdere laudem comonstrati loci, si tamen com  
onstratus locum inutilem.

AD XLVI.

**Luca .iiij.** **E**tiam atque etiam obsecro te lector, tamen si non dubito  
quin iam sis propemodum enectus tadio muliebri  
rixarum, ut hic paululum expergiscaris. Quod legimus  
apud Lucam cap. iiij. Et stans super illam & imperavit fe  
bri, & dimisit illam, quoniam & Graecus & Latinus sermo  
habebat amphibologiam, quam adeo putat vitandam Au  
gustinus, ut malit manifestum solocismum, quod sermonem an  
cipitem, admonui addito pronomine, posse tolli hoc quic  
quid esset incommodi, videlicet si legamus, Stans super illam  
increpavit febrē, eaque reliquit illam, ut absque errore lector in  
telli-

telligat, quod sensit Euangelista, post increpationem Christi febrē abisse, nō Christum. Hic cum ille nescio quid stomacharetur, quasi parū caste, loquutus essem de puella & Christo, nec adhuc sentirē hominis errorē, respōdi in schēdis, quæ ille recenset, mihi non videri, cur ille quicquid in me stomacharetur, si volui sermonē Euāgelicū carere in cōmodo amphibologia. Et adieci dictū, quod illi visum est plusq̄ crimen læsæ maiestatis. Sed meminisse cōuenit, quod ut hominē mones, ita mones homo. Nam post hoc dictū ille desijt amicus esse, cū ille in toto hoc libro, quo mecum conficitur nullū habeat dictū humanius, etiā cū vult humanissimus videri. Nec adhuc suspicari possum, quid ille lascitiæ suspicetur subesse in verbis meis, sed tñ ex response, quā postea vulgavit orbi, priusq̄ mihi liceret audire, deprehendi in quo erret. Siquidē hæc mea verba, ut ne cauiller, ille refert ad ea quæ præcedunt, quasi in his quæ dicta sunt Stans super illam reliquit eam, lateat aliquod cauillum parū pudicū, cū palā sit hoc pertinere ad ea, quæ sequuntur, ut ne cauiller, & surgens ministrabat illis, parum cōmode redditum, cum dicendum fuerit, erecta ministrauit illis, siue surrexit ac ministrauit illis. Cum enim ostendissem priorem locum esse parum commode redditum propter amphibologiam, per occupationem, addo & alterum parum commode redditum, ob neglectam temporis rationem. Et postea miratur me non correxisse locum illum, qui tam esset obscœnus. Hic vides optime lector, quibus modis illudere possem Leo, si mihi luberet, aut si vacaret talib⁹ nugis occupare bonas horas. At hic q̄ seuerē monet, q̄ grauitē obiurgat, q̄ me mihi reuocat ob oculos, qui totus excideram mihi, q̄ religiose me cōmonefacit geminæ religionis. Si senex nonagenarius sic deliraret, nemo putaret ferendum. Hic iuuenis sic delirans, etiam sibi supercilium sumit erga senem, & mundum vocat ad seditionem. Cui ridere vacat, legat illius annotationem, dicas Areopagitæ cuiuspiā

piam esse, cum profus non intelligat quod loquitur.  
 lam vero mihi vide, q̄ atrociter hunc locū notat in seditione  
 so illo indice. Petulantius, inquit, q̄ par est, ab eo dictū de  
 Christo annotatione, xlvj. Primū negari non potest, quin  
 Leus hic tota, quod aiunt, aberrarit via, nec intellexerit lo  
 cum, quē exagitat. Et tñ cum Areopagita supercilio nos  
 obiurgat, incessit, ac propemodū blasphemix reum agit.  
 Quod si mihi venisset vsu, puderet me prodire in conspe  
 ctum eruditorū hominū. At interim ille sibi plaudit, & qua  
 si re præclare gesta, parare dicitur alios libellos huius fari  
 na, quo suam denobilitet Britannia. Ignosci poterat primo  
 calori, ni cōtemptis oim eruditorū amicorū consilijs, hæc e  
 uulgasset, quibus si visa fuissent illa virulenta, quæ post ad  
 iecit, multo acrius obstitissent, ne dū mihi studet labē asper  
 gere, ipse tū suo, tū gentis suæ nomini dedecus vix eluen  
 dum conflaret.

AD XLVII.

Ita vt pene mergeretur.

Lucæ, v.

**H**ic ascripserā, Lector aliquis nolens illic petire apo  
 stolos, addidit pene. His offensus *Leus* <sup>duobus locis</sup> hic  
 Et hoc inq̄t nasutū. Ad id cū in scheda rñdissem, Quid hic  
 nali ē, si rideo lectorē, q̄ de suo addidit pene, p̄ter euāgelicā  
 v̄itatē, hic cū id t̄pis nihil respōdisset, nūc tādē orōne Stole  
 ca, vel cēforia poti⁹, obiurgat qd̄ p̄ter exēplū oim & ve  
 terū, & recentū Theologorū, tribus verbis iocatus sim in  
 scribā. Quid est hoc qd̄ ego audio? Nusq̄ iocat Hierony  
 mus, q̄ tota fere disputatione naso suspēdit Iovinianū, Hel  
 uidiū, & Vigilantiū. Nusq̄ Cyprianus, nusq̄ Augustin⁹.  
 Annō pudet hæc dicere, quæ nemo nō intelligit esse falsissi  
 ma. Ipse Leus, cū nasum nō habeat, q̄ries tñ conat̄ vti na  
 so, etiā cū ipse est maxie deridiculus. Et q̄ scis inquit, an ex  
 emplar Græcū interpretis habuerit pene, aut an liber tu⁹ græ  
 eus male careat hoc verbo, qd̄ videt̄ bene quadrare sensui  
 Doceat Leus alicubi reperiri pene in Græcis codicibus.  
 Ego

Ego monui nusquam mihi lectū esse. Quod si non est illi  
codicis copia, certe consulat exēplar ex Aldi profectū offi-  
cina. Atq; hanc bellam annotatiūculam noluit sibi perire  
in elenchis. Sed in primo etiam ostendit nasos meos.

AD XLVIII.

**Q**uoniam videbam Theologorum vulgus, neglectis  
Euāgelicis præscriptis, tanq̄ simplicibus, parumq; Lucæ. vi.  
cōmodis, ad ostērandā eruditionē, totā ætatē cōlumere in  
q̄stionculis & argutijs Scotistarū, & Occanistarū, volui le-  
ctorē attētū reddere, vt aiaduerreret hæc q̄rūis, vt habent  
simplicia, tñ esse ea, q̄ nos redderent vere Christianos. Hac  
occasione Leus mouet nobis grauē inuidiā apud Theo-  
logos neotericos, quasi sim illis parū æquus. Nec appro-  
bat, q̄ illorū argutias posthabuerim philosophiæ Christi,  
sed q̄ loco nō suo mihi dicta sint hæc. Atq; hic q̄q; impin-  
git mihi, quæ tū annotarā in schedis, quæ tñ sic ex tpe. pie-  
ta, saniora sunt, q̄ quæ hic bienni labore, totisq; vt ait, stu-  
dijs suis postpositis elimauit. Recense inqt annotationem  
meā, diligētius inspicere, an hoc tibi imputaueri, q̄ Scotista  
rū argutijs p̄feras doctrinā Christi, annotauite captasse oc-  
casionē cōtra Scotistas & neotericos, in tēpestiue, hoc est,  
loco nō suo, nec doctrinā Christi postpono argutijs neote-  
ricorū, sed tñ assero eorū doctrinā ab hac calūniā, q̄ nō sit  
impia, nec abhorrens a doctrina Christi, q̄n potius utilis ad  
pietatē. Hactenus Leus. Nō video cur existimet hoc non  
suo loco dictū. Etei cū vellē cōmēdare simplicem qdē, sed  
multo saluberrimā Christi philosophiā, & viderē hāc a nō  
nullis negligi, suspiciētib⁹ Scotistarū argutias, an nō tēpesti-  
uū erat hoc admonere: Deinde dem⁹ eē in libris Scotistarū  
& Occanistarū, q̄ cōducāt ad pietatē, nō taxo libros illorū,  
sed argutias dūtaxat, in q̄bus cū plurimū sit difficultatis, mi-  
nimū effructus. Deinde qd opus erat, vt Leus doctrinā  
horum assereret a calūniā, cū ego non dixerim illorum do-  
ctrinam esse impiam, & abhorrentem a doctrina Christi.

Nihil

Nihil est in Euclide, quod abhorreat a doctrina Christi, et tamē stulte fecerit Theologus, qui neglectis Euangelij, totā aetatem, in illius argutijs terat, Postremo an summates Theologi nihil habituri sint, quod respōdeant de re Christiana, & an nullo in loco aberrarint a doctrina catholica, puto neminē esse, quin intelligat iuueniliter esse dictū, quod genus est & illud, quod nusq̄ deciscūt a veterū decretis, Si soli occaniste habēt quod cōsulti de re Christiana respōderant, quid habebat Ambrosius aut Hieronymus quod respōderet? Atq̄ has Leus vocat annotationes; ac ceu thesaurum munerat etiā, & ne quid intercīdat, repetit & inculcat indice triplici. Identidem inculcās me taxare neotericos Theologos quo videlicet horū turmas in me prouocet.

AD XLIX.

Eodem.

Secundum hęc enim faciebant prophetis. **H**ic cum esset in græcorum codicibus duplex lectio; nam in alijs erat prophetis, in alijs pseudoprophetis, in posteriore editione substulit, e contextu, pseudoprophetis, & mutauit prophetis, quam lectionē mihi magis probari demonstraram & in editione priorī. Nec video cur huic annotationi sit respondendum.

AD L.

Eodem.

Si sit, sicut magister eius. **N**ec video quid habeat momenti hęc annotatio. Et tamen quod Leus negat quicq̄ a me mutatum in posteriore editione, secus esse comperiet, qui obseruarit.

AD LI.

Luca, vij.

Sapientia a filijs suis. **N**ec hic est inter nos controuersia. Tantū illud est ad monendus lector, cum petissem a Leo ut indicaret locum apud Hieronymū, ubi legeret ab operibus, tum obticuit, Nunc indicat, nō mihi sed orbi. Nam mihi sero nūc indicat, Sed ita tamen crescunt dialogi.

AD LII.

Lachry

**N** Lachrymis cœpit rîgare. Eodem.  
Ec in hac est quicquam, quod ad me pertineat.

AD LIII.

Cuidam fœneratori.

**N** E hic quidem est, cur operæ precium sit digladiari, Eodem.  
præsertim cum quisquis fœnerator est, idem sit credi-  
tor. Porro an fœneratores soleant condonare debito-  
ri tenoi, viderit Leus. Mihi tales nondū fama cogniti sunt,  
nisi cōdonat, qui non aufert vestimenta nudo, cū cupiat,  
si queat

AD LIIII

Et obstupuerunt parentes eius, &c

Luca. viij.

**C** Vm hic pugna sit Leo aduersus Vallam, non aduer-  
sus me, nō est cur hic pluribus respondeam. Porro q̄  
sibi laudē hāc asserit, quasi monitus dissenserim a Valla, pri-  
oræditio satis declarat mihi ne tū quidem approbasse Val-  
lenis annotationem, vt quā appellarim argutationē. Etiā si  
non defuturū sit Vallæ, quo sese tueatur aduersus Leum.  
Primū em̄ cōuenit in Matthæo & Marco adiectū esse, eie-  
ctis foras omnibus, deinde negari nō potest, in Græcis co-  
dicibus, hic quoq; addi, qđ illic additū est. Deinde si intel-  
ligamus, p̄m̄ise uā turbā stantē pro foribus, si intelligam⁹ aliā  
fuisse turbā in ædibus interioribus, si intelligamus in eo cō-  
clauī, in quo positū erat funus puellæ, nō defuisse quēdam  
officia domestica, qđ est admodū probabile, deīde accipia-  
mus turbam, quę reperta est Christo, ad primas fores, &  
quæ ipsum comitabatur, vetitā ingredi, præter paucos di-  
scipulos. Rursus eiectos omnes e conclauī, præter discipu-  
los treis, & parentes puellæ, quid habebit Leus, quod ar-  
guitetur aduersus Vallā? Et vbi erit hoc sophisticū enthy-  
mema, qđ cōstat oēs eiectos, & hos tñ adfuisse? Atq; hic di-  
cet Leus, cur igit̄ mecū senseras? Nō mihi placuit arguta-  
tio Vallæ, Sed multo minus ociosa deliratio Lei, cui nunq̄  
tantū tributurus erā, si tū ædito libello præbisset certius in  
genij sui specimen. Nam posthac mihi suspectū erit, qđ qđ

illi magnopere placuerit. Saltem hanc veniam mihi donabit  
Leus, si in alijs mihi non potest ignoscere.

AD LV.

Luca. xi.

Permitte primū renūciare.  
**N**on me fugiebat Latinos oēs hoc sane loco, p<sup>o</sup> rōgādo legere reūciare, verū quoniā renūciare verbum erat ambigū, malui vale dicere, qd' anceps nō esset. Nam renūciat, qui rem factam nūciat, renūciat vxori, qui repudium nūciat, & ab vxore diuertit. Ne quid obiter notē, quod Leus existimat Origenis homilias in Mattheū, ab Hieronymo versas, quod si maxime sit, nihil tam aduersum me faceret.

Eodem,

AD LVI.

In testimoniū supra illos:

**A**d hanc, quoniā nihil habet præter, dialogismū, quē  
ex meis suisq; post adiectis cōtextit, præterq; iurgū  
illud iā nimis frequenter obuiū, me durius tractare, q̄ par  
est interptem, nō debuisse me quicq̄ immutare, post nouū  
testamentū ab Hieronymo castigatū, atq; his ad similes ne  
nias, nō arbitror opera precii in his refellendis, bonas ho  
ras terere. Cū & hæc & alia plura satis diluerim, in apolo  
gijs meis. Quod si Leo cordi est, huiusmodi querimonijs  
mecū agere, refellat illas prius, & longos dialogismos cō  
ficiat licebit. Illud obiter attingā, q̄ ait illa etate raros in ec  
clesia fuisse q̄ Græce scirent, cū adeo vulgata fuerit id tēpo  
ris Græca lingua, vt apostoli Græce scripserint Romanis.  
Deide quod criminatur me ridere interptem, qd' illū appel  
lem sacrosanctū. Imo Leū potius rideo, qui postulet hoc  
honoris haberi interpti, veluti sacrosancto, vt nefas sit vsq̄  
ab illo dissentire, cū toties ab eo dissentiat Hieronymus. Ne  
q; ferēdū putet, qd' illū in schede appellē supinū, hoc est,  
oscitantē, ac dormitantē alicubi. Assentiar Leo, nisi nunc  
Græce vocis genus oblitus, relinqt Latine, nūc e duobus  
Græcis, alterū vertit in auferēdi casum, alterū relinqt,  
Aliacq;

Aliaq̄ huius generis p̄ multa, q̄ in posteriore & ditione etiā  
elēcho demōstrauim⁹ studiosis. Negat nouū testamētū sa-  
pius verum, cū Augustinus clamet suis t̄pib⁹ pene totidē  
exēplaria fuisse, q̄t erāt codices, & vt q̄sq̄ paulū q̄ddā græ-  
ci sermōis attigisset, ita sibi vertere nouū testamētū. Incurat  
qd̄ impietatis etiā illū arguā, Marci cap. v. qd̄ ita verterit lo-  
cū quēdam, vt ex illius verbis posset absurdus elici sensus,  
cū illic nihil aliud agā, q̄ vt ostendā Græca male reddita La-  
tine. Cætera qd̄ aliud habent, q̄ inane iurgiū, qd̄ dicas esse  
morosæ cuiuspiā mulieris, non Theologi, q̄q̄ in his quoq̄  
qd̄ aliud q̄ rixatur? Itaq̄ præstat ad cætera properare.

AD LVII.

Eodem

Dilanians eum.

**N**E hic quidē inter Leū & Erasmi vlla est cōtrouer-  
sia. Indicarā apud Græcos variā esse lectionē, sequor  
eam, quæ vel hoc noīe mihi magis probatur, quod cū no-  
stra consentit lectione. Leus agnoscit, qd̄ recte admonue-  
rim de *δουλοῦ*, etiā si hoc mauult debere Laurētio, quasi nihil  
oīno didicerit ex meis lucubrationibus. Rursus in indice  
sic loquitur, quasi mihi nō fuisset, nisi vnicū exēplar, & qua  
si *συνεῖς σοφῶν* nō possit ferri, cū eandem sententiā reddat  
genitiuus casus & nominatiuus, si res ita posuisset.

AD LVIII.

Eodem

Hic maior est.

**H**ic nō video quorsum spectēt, quæ prolixo sermone  
mecū agit Leus, In græcis codicibus cōstāter habet  
<sup>ἔσται</sup> Negari nō p̄t, ille mauult est, q̄ erit. Cū tñ fateat apud  
Marcū haberi verbū futuri tēporis. Si quis vult prim⁹ esse  
oīm, erit nouissimus, At veretur Leus ne si Christus vsus  
fuerit verbo futuri tēporis, Qui ei minor fuerit inter vos oēs,  
hic magnus erit, apostoli somniarent in regno quod expe-  
ctabāt in hoc mūdo præcellentem aliquā dignitatem, Pri-  
mum nihil fuerit absurdi, si Christus aliquamdiu reliquerit  
illos in hoc crasso affectu, quē nondum prorsus videbatur  
exu

exuisse, Cum esset tollendus in coelum, unde exprobrat illi duriciam cordis. Sic & de gladio passus est illos errare, quo post efficacius eximeret vindictę cupiditatem. Deinde nihil refert ad sensum vtrum vtrius verbo futuri temporis an presentis, quãdoqdem hic presentis tempus, ad rem refertur nõ ad actionem quę fit in tempore. Deinde quod preceedit *τίσ' ἔτι* cum sit verbum *Δουκτικόν* ob coniunctionem expletivã additam, magis sonat futurũ tempus q̃ presentis. Postremo nihil esset incommodi si pro *ἔσαι* legatur *εἶ*, si modo suffragetur codex græcus. Id cum nõ esset, an oportuit ad *Leii* iussum, radere quod cõstanter habebãt exēplaria?

AD LIX.

Luca. xl.

Si perseveraverit pulsans,

**A**Nte testatus, sum diebus aliquot me ne cõtulisse quãdem in Luca. cum latinis græca, Sed eam provinciam alijs delegasse me, quod consulerẽ corporis imbecillitati, nec valetudo sufficeret oneri laborum. Neq̃ enim arbitrabar ingens esse periculum, sicubi græca distenderet a latinis, Atq̃ hic rursus cõtensens dialogum Leus, expatiatur in locum communẽ, graviter arguens supinitatem meam, & inexpiablem flagicij reum agit, qui res tam sacras tractatim tam indiligenter. Negat sibi in animo esse docere, priusq̃ didicerit, subindicās opinor, me docere, quod nunq̃ didici. Addit miliesolfaciendum, quod ad iudicium omnium proferatur. Id si Leus præstitit in hoc tam exiguo libello: non deprecabor supinitatis culpã, in opere tam longo tamq̃ perplexo, præsertim cum eodem tempore sustinerem Hieronymianam additionem, præter alia nõ admodũ facilis negocij. Quid si q̃s indice prodat quoties in hoc libello, in quo quota portio illius est, hallucinetur, q̃ties dormitet, quoties sibi cõtadicat, quoties quod carpit, nõ intelligat, quoties in diuersum sensum adducat autores: quãtus nascetur elenchus. Si miliesolfaciendum est, quod in re sacra versans adfers in mediũ iuvãdi studio, ter miliesolfaciendũ est,

est, quod eque versanti in re re facta, scribitur ad carpendū,  
vbi simul vocatur in periculum, & sacra doctrina, & fama  
proximi. Et tamen hinc hoc sibi laudis vindicat, quod in  
aditione posteriore, latina submouerim, ne quida græcis  
discreparent, Tam est glorie litians.

AD LX.

Lucerna corporis tui.

**O** Stenderam apud græcos, in priore parte quæ velut  
absoluta profertur de corpore cuiusuis animatis, nō Eodem,  
addi nec apud Hieronymū, nec apud græcos pronomen  
tui, Sed duntaxat in parte posteriore: qua qđ in genere di-  
ctum erat, ad rem animi accommodat. Hic Leus primum sic  
mecū agit, nō vt refellat, quod a me positū est, sed vt osten-  
dat vtrāq; lectionē cōsistere. Quod si verū est, cur mecum  
litigat, quod re in æq̄librio sita, in alterā partē me praxerit  
græcorū autorū cōsensus, etiāsi Hieronymus pro me non  
faceret: Illud durius, quod Leus autoritatē Chrysostomi  
quā pro me citarā retorquet in me: ac ne qua possim elabi,  
cōstringit me & vrget ipsius verbis. Ea sic habēt. Lucerna  
corporis tui est oculus tuus. Prius cōmemorare debemus,  
quā nō de corporali oculo loquitur, nec de hoc corpore, qđ  
videtur a foris. Alioqui dixisset si oculus tuus sanus fuerit,  
aut infirmus. Nunc autē dixit, simplex & necq;. Ex his ver-  
bis Chrysostomi quid aliud euincit Leus, q̄ in ea sermo-  
nis parte addi pronomē tui, in qua & ego demōstro addē  
dum. Sed addit ex eodē Chrysostomo. Postq; ergo dixit,  
Thesaurizate vobis in celo, quoniā vbi Thesaurus tuus  
fuerit, ibi erit & cor tuū, cōueniēter subiūxit. Lucerna cor-  
poris tui est oculus tuus. Imo ex his que mox sequūtur. Cō-  
tinere licet, Chrysostomum legisse vt nos annotamus Aie-  
nim. Quod enim oculus corpori, hoc intellectus ani-  
mæ. Caterū in applicādo descenditur ad propiora. Addu-  
cit similit̄ locum ex Hieronymo. Cuiusmodi etiāsi decem  
adducat, nō euincet tamē hanc esse germanā lectionē, Cū  
frequēter

frequentem accidat, ut librarius ex suo animo aut memoria  
 uoculā aliquā addat, aut autor etiā ipse sermonē ad rem pre-  
 sentē accōmodans addat nonnihil de suo. Ad hęc conatur  
 docere sententiā catholicā posse consistere. si quod sub per-  
 sona secūda dictū est, per *εἰρωσιν* ad quāuis personā pertine-  
 at. Quēadmodum dicimus, quid facias, pro eo quod erat  
 simplex, quid faciat aliquis. Primum quid opuserat ad hęc  
 tropum cōfugere. Deinde non sentit Leus quod a me di-  
 ctum erat absolute, & *καθολικῶς* nō solum pertinere ad omne  
 corpus humanū, sed simpliciter ad omne corpus animātis  
 cuiuscūq; Mirum est autē, quod Leus huius annotatiōis,  
 nec inter manētia meminit nec inter correctā, p̄sertim cū il-  
 le rem faciat clariorē, q̄ ut in ea velit mecū pluribus agere.

AD LXI.

Lucæ. xij.

**Q**uod interpres uerterat, In sublime tolli, subindica-  
 ui græcis esse, nō *μεγαλοφρονισμ*, sed *μετεωριζεσθ* quo-  
 rum prius illud quadrat in eū, qui de seipso magnifice sen-  
 tit. Posterius in eum, qui sublatis in altū oculis sublimia se-  
 ctatur: quod solent ij, qui cursus syderū observant. Hic Le-  
 us cōtendit, *μετεωριζεσθ* ad fastū pertinere, propterea quod  
 ubi Matthæus habet, & quomodo operiamini Lucas po-  
 fuerit in sublime tolli, quod diuites ostētem sese splendido  
 vestitu. Imo non hoc agebat hoc sermone Christus ut su-  
 os deterreat a fastu, sed ut adimat eis sollicitudinem futurū.  
 At qui laborāt hoc morbo, solēt ab astris petere, futurā feli-  
 citatē aut calamitatē, & siue quid illa minarētur discruciarī  
 metu, siue quid pollicerentur spe suspendi. Ab huiusmodi  
 curis, Christus uult suos esse liberos, non aliū de pendētes  
 q̄ ab ipso Christo. Iam quod adducit aduersum me, nō nul-  
 lis in locis sacre scripturæ inuitari nos ad contēplationem  
 machinæ cœlestis, quo miremur conditoris sapiētiam bo-  
 nitatem, ac potētiam, non huc pertinet, ut probetur astro-  
 logorum curiosa uanāq; sollicitudo, neq; vel tantillum cō-  
 tra me facit. Porro quod ex autoritate Lactantiū docet So-  
 cratem

cratem, celebri dicto quod fertur, Quę supra nos, nihil ad nos, voluisse tollere religionē, quis non videt declamatoria quadam impudētia detortum esse? Qualia permulta licet in Lactantio deprehendere. Iam in indice suo miratur me nō cecinisse palinodiā huius errati, sed tamen agnouisse quadantenus errorem meum, quod in additione posteriore falsus sim, me nō videre, quomodo hæc particula quadret cum præcedētibus, ac sequentibus, atq; hic quoq; sua subnectens, dialogum efficit. Ed. Certe nulla ratione quadrat si sic interpreteris vt prius, (Ne curemus ea quę supra nos sunt, vt satis liquere puto ex mea annotatione. Etiam atq; etiam te rogo lector, vt libeat hic paulisper animaduertere qualis sit artifex qui nūc mecum agit. In additione posteriore, submonui, quod ait Lucas, ad Genethiacos & astrologos esse referendum, Ex verbis autem meis Leus priorem partem adducit, reliquis omissis, ex quibus lector poterat intelligere quid illic agerem. Adq; ad eummodū imponit parū attento lectori, & sibi falsam gloriolā venat, verū ne quis addubitet, hæc esse vera, locū ipsam vt habet subscribā. Nec video, inq; quomodo hæc particula quadret, cū præcedētibus ac sequentibus, nisi sentiat de his, q; ex astroꝝ cursu procul in futurū cōsulunt, q; fere mos est diuinitum ac principū. Hoc admonere visum est, vt intelligas, q; nō sit fidendū huius fucis, q; bus passim insidiat simplicitati lectoris.

AD LXII.

**C**um confessus fuerit me, & confessus in me iuxta ser Eodem monis Hebræi proprietatem idem polleant, tantum annotavi quid haberet in græco codice. At Leus obiicit Hieronymū Origenis in Lucā interpretē, q; legat, cōfessus fuerit me, & cōfitebor eū Vt dem hoc opus opus esse Origenis, vt demus Hieronymū interpretē, vt demus nihil ascribā mutatū, qd hoc cōtra me facit. Et tñ certū est alibi legi in me, & in eo. Sed has annotationes putauit addēdas, ne non expleret numerū suū, Et hūc locū recēset inter ea, q; (nō retractauimus;

## AD LXIII.

Eodem.

**H**ic simillimū est, quod sequitur, cum Græci legant *τίμιος* id est cui erit, nec aliud tñ efficiat sermo, q̄ si di cas, cuius erit, quē admodum & Paulus loquitur, si fuerit al teri viro, iuxta proprietatē, vt opinor, sermonis Hebraici, quid hic a me cōmissum est, etiam si Hieronymus aut alius quispiam legat, cuius erit?

## AD LXIII.

Luca. xiiij.

**P**ost hæc verba, gustabunt coenam meā, admoneo in nōnullis Græcorum codicibus addi, quod in nostris hoc sane loco non habetur. Multi em̄ sunt vocati, pauci ve ro electi, & quod dixi in nōnullis haberi, quoniam in alijs non repperi, malui in contextu id sequi, quod congrueret nostræ lectioni. Et tamē hoc quoq̄ Leus recenset inter ea, quæ nō retractarim. Quid aut̄ volebat hic corrigi Leus?

## AD LXV.

Eodem.

**C**itatā in annotationibus ex Græco codice *ἀσέβητος* *ἀσεβής*, i. abiit vt cōsiliat, quū in contextu sit *ἀσεβής*, eodem sensu. Quid aliud hic diuinari potest, q̄ mihi fuisse aliud exemplar cum hæc annotarem, diuersum ab eo, quod secuti sunt castigatores. Et huiusmodi varietates, quoniam nihil ad sensum faciunt, & vitari non possunt bibliographis frequenter vocem aliquam mutantibus, veluti cum pro accessit venit, aut pro dixit, ponunt dicebat, vt lenioris momenti crebro neglexi. Sciebam em̄ lectorē ex ipsa re deprehensurum, etiam si ipse nihil admonuissim.

## AD LXVI.

Luca. xvi.

**C**ompereram in priore editione, negligentia operare aut fortasse castigatorū *ὁδὸς* positū pro *ὁδὸς*. Nam id non esse factum meo vicio, vel illud arguit, quod in annotationibus huius rei nullam facio mentionem. Id in posteriore mutātū est. Huius rei laudem Leus sibi vindicat, quæ si submonuerit. Et addit ex autoritate sua, in cæteris quoq̄ locis, plusq̄ Salomon hic legendum esse *ὁδὸς* non *ὁδὸς*.  
Lachry

Cur nō addidit etiā, vbi legimus, Ecce Christus hic legē-  
dum &c. si tantum autoritatis sibi sumit Leus. At si Chri-  
stus demonstrasset seipsum ilico reclamassent pharisei.

Lucæ. xvij.

AD LXVII.

**O**bjicit, quod cū in priore editione vertissem in anno-  
tationibus, e regione quæ sub cœlo est, in eam quæ  
sub cœlo est, in cōtextu feratur trāslatio diuersa, E regione  
supercœlesti, in eā quæ sub cœlo est. Ac verū dicit Leus. Sed  
sepe numero iam testatus sum mihi tum annotationes scri-  
ptas, cū nondū esset in aīo quicq̄ immutare, ex vulgata trāsl-  
tatione. Nam eius mutādę consiliū, in ipso negotio natum  
est ab amicis: mihi quidem parum auspicato. Proinde cum  
verterem, consentaneum est græcum codicem habuisse  
verterem, consentaneum est græcum codicem habuisse  
<sup>ἐν τῷ οὐρανῷ & ἐν τῷ οὐρανῷ</sup> atq; id tum verti, quod illic offendebā  
Qua quidem in re hoc minus erat periculū, quod annotati-  
ones huic lapsui succurrerent. At conferre debebas inqu-  
er: At in tam innumeris difficile est nūsq; non dormire,  
Sed an hic debeat Leo, quod sibi vindicat, nescio.

AD LXVIII.

Lucæ. xxi.

**Q**uoniam in Luca repperi additū forte, forte verebū-  
tur filium meū: verti quod scriptū est apud græcos  
Hic Leus me rogat, cur nō & hic addiderim, aduerbium  
adiectū a quopiā, q̄ verebatur ne deus mētitus videretur,  
aut inscius futuri: Cavillator, cur dicerē additū esse, quod  
cōstanter habetur in græcis codicibus: Et tamen nihil pro-  
hibet alibi nō additū esse. Neq; mihi reddēda ratio est qd  
hunc aut illum stulte moueat: cum hac occasione reperia-  
mus non pauca loca murata in libris sacris.

AD LXIX.

Lucæ. xxij.

**Q**uod in additione priore, scriptū repperit Leus. Et  
facti sunt amici Pilatus & Herodes, in ipsa die: Cū  
græcis addatur <sup>μετ' ἑαδελφῶν</sup>. i. inuicem, quod tñ addidimus  
in posteriore, qd aliud suspicari potest, aut per obliuionē  
esse relicta vulgatam lectionē, aut operatū incuria, omiffa

M 1

duo

duo verba: aut me neglexisse, cum idem esset sensus. Nam qui fiunt amici, inter se fiunt amici, præsertim cum mox sequatur *ἄλλοσ' ἐστὶν ἴ.* inter sese.

# IN IOANNEM.

AD LXX.

Ioan. i.



Notaram non ex capitis mei somnio, sed ex gratiarum complurium sententia quæ tam vim habeat græcus articulus additus aut omisus. Et tamen alicubi fateor quod illi annotant, non a deo perpetuo seruari, quin alicubi, seu casu, seu librariorum incuria, reperitur aliquid qua ex parte non obserua-

tum. Ceterum quod Leo existimat in hoc sermone *ἡμὸν λόγος*, nihil offecturum sententiæ Christianæ, si quis addat articulum, nimirum, ausus est sator ultra crepidam iudicare. Nam Leo reclamabunt, quicumque græce norunt. Cæterum quod a nobis est annotatum, non videtur satis animaduersum a Leo. Si quis demonstrans lapidem dicat, hoc non est terra, sentiens lapidem non esse naturæ terreæ, si velit articulum addere, *τοῦτο οὐκ ἐστὶν γῆ*, ridiculus erit omnibus græcæ lingue peritis. Item si quis tenentium vinum demonstrans dicat, hoc est aqua, si addito articulo dicat, *τοῦτό ἐστι δ' ὕδωρ* ridebitur. Consimiliter, si quis de homine vehementer stolido dicat, *οὗτος οὐκ ἐστὶν ὄντις* ridicule

ridicule loqueretur, nisi sentiret, non esse eum hominem  
de quo prius esset loquutus. Itaq; cum dicimus, καὶ θεὸς ἦν  
ὁ λόγος, cum intelligimus verbum esse & ipsum naturæ  
diuinæ, non potest addi articulus, & si quis addat, sensum  
hereticum expresserit. Nec minus absurdum, q̄ si quis di-  
cat, filius est pater. Non animaduertit Leus, toto hoc ser-  
mone quoties de personis habetur sermo, non omitti arti-  
culum. ἔμ ἀρχῆ ἦν ὁ λόγος, ὁ λόγος dixit, non λόγος, καὶ ὁ  
λόγος ἦν πατὴρ ἔμ θεοῦ. Non est omissus articulus, quod sen-  
tiat filium fuisse apud patrem. Ac rursus, ἦν ἔμ ἀρχῆ πατὴρ  
ἔμ θεοῦ addidit articulum, quod filius non dicatur adesse  
diuinæ essentiae, cum sit ipsa essentia, sed adesse patri. Vni-  
ca tantum in parte omissus est articulus, καὶ θεὸς ἦν ὁ λό-  
γος ὁ λόγος habet articulū, quia personæ designat, proprietatē  
θεός non habet quod naturam significet non personam.  
In loca quæ Leus aduersum me cōgerit, nihil aduersum  
me faciunt. Nam quod Paulus epistolæ ad Romanos cap.  
iij. Γενέτω θεὸς ἀληθής, addidit deo græcum articulum,  
primum dicere poteram illic ὁ θεός pro patre positum, Sed  
demonstramus ita positum, vt totam trinitatem complectatur, de-  
mus vt hic naturam diuinam significet, tamen ita ponitur  
tanq̄ certum quiddam, quod veluti sub ratione vnus per-  
sonæ possit demonstrari, quemadmodum ἡ γῆ, aut τὸ ὕδωρ,  
aut τὸ αὔριον, aut ὁ κόσμος recte dixerit, qui totam terram hanc  
aut totum elementum aque, aut totum elementum ignis,  
aut totam hanc mundi machinam, tanq̄ vnum quiddam de-  
monstret. At si quis horum aliquid de re singulari prædica-  
ret, quam vellet significare terræ, aqueæ, aut igneæ natu-  
ræ, intolerabilis esset additus articulus nō minus q̄ si quis  
dicat, ἀνθρώπος ἐστὶ τὸ ζῶον, id est homo est animal: cum  
nullum certum animal significetur, quod demonstrari  
queat, sed ipsa duntaxat ratio animantis. Hac ratione dilu-  
ta sunt & cætera quæ Leus adfert, aut adferre poterit.

Porro

Porro quod existimat vehemēter absurdū, si articulus addi-  
tus deo, demonstrat patrē, cū Paulus aliquoties dicat, *ὁ θεὸς καὶ ἡ πατήρ*. Nā implicatur, inquit, primo loco, qđ addit  
secundo, vt hoc sit, si reddatur deus, qui est pater, & pater,  
Cū nihil plus significet pater primo loco, q̄ secundo, nē pe-  
rsonā patris, si eā vim habet articulus. Hęc ille. Nullus  
hoc docet esse necesse, si addas articulū deo, cōtinuo patrē  
significari, potest significari filius, potest & spiritus sanctus,  
si quis eū referat de quo sit ante facta mentio, aut veluti de-  
monstret. Etiā si verū sit in Euāgelio Ioānis, hoc certe loco  
articulū efficere, qđ dico, sed quid habet absurdi hic sermo,  
*ὁ θεὸς καὶ ἡ πατήρ ἢ θεὸς* refertur ad patrē, donem? Ergo nō  
est alia ratio vocabulorū patris ac dei? Si filius regis de p̄e  
suo loquens dicat, *ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ πατήρ μου*, num absurdē  
diceret. At qui cum *ὁ βασιλεὺς* referatur ad patrē propter arti-  
culū, tamē addit patrē, nō quod idem bis dicat, sed quod ei-  
dē personæ nō eadē ratione duo quæ dā tribuat, primū qđ  
rex sit, deinde quod ipsius pater. Alioqui diceret eadē esse  
absurditas in pronōie. Hic pater meus. Hic demonstrat pa-  
trē, quid opus erat addere pater? Ita Paulus cū ait, *ὁ θεὸς καὶ ἡ  
πατήρ*, vnū quēdam demonstrat, qui idē sit deus, & pater do-  
mini nostri Iesu Christi, itaq; demitor Leū hęc, quæ nō in-  
telligit, tāta cū autoritate velle docere, & qui vult videri tā  
acutus, in his tā crassis nihil videre. Porro qđ alicubi repe-  
riatur articulus omīssus, quē admodū legit Ioānis ca. xx. mi-  
rum videri nō debet, cū idē & alibi reperiāt apud Gręcos,  
at non vbiuis. Caterum rōnes omnes, vbi liceat, vbi non  
liceat, nō est huius loci p̄sequi, q̄ vult petat ex Apollonij  
fragmētis. Neq; tñ hic locus, quē adducit ex Ioāne, magno  
p̄ere facit pro Leo, imo nihil illi prorsus opitulaē. Nō em̄  
quæ sequuntur, *ἀναβοῶν πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ἡμῶν  
καὶ θεὸν μου, καὶ θεὸν ἡμῶν*. Quod ita veritas licebit. Ascēdo  
ad eū, qui est pater meus, & pater vester, deus meus, & de-  
us vester.

us vester. Iam quod decernit *Leus*, articulū deo patri, aut ver-  
bo, aut spiritui additū, discernere, deū verū a dijs falsis, ver-  
bū increatū, ab humano verbo, spiritū dei a spiritu nostro,  
ita frequēter est verū, vt tñ nihil vetet, iisdē vocibus articu-  
lum addi nōnunq̄, imo sapius addi necessario, velut si repe-  
tatur sermo, de quo prius habita sit mentio, dicēdum esset,  
<sup>καὶ τὸ πρῶτον διὰ λόγον</sup> cum loquatur de sermone humano,  
& q̄secus loq̄retur Græcis esset deridiculus. Hic cū cōstet  
Leū tota prius errare via, tñ vides lector, q̄ hic nō insultē il-  
li, quē admodū ille subinde mihi insultat, etiā nulla de cau-  
sa. Vel ex hoc intellige prudens lector, hanc annotationem  
mihi nō fuisse cōmunicatā a *Leo*, quod nihil respōderim,  
respondurus utiq̄, ad tam manifestas nēnias. Et tñ hunc lo-  
cum notauit inter ea quæ nō mutarim, bis ineptiens, quasi  
aut mutandum esset aliqd ex his, quæ bene dicta sunt, aut  
quasi *Leus* huius rei me cōmonuisset.

AD LXXI.

**H**anc vnā annotationē dissectuit in duas, quo rē face- *Eodem.*  
ret inuidiosiorē. Neq̄ cōtentus hoc ingessisse in an-  
notatione, rursus in indice proluxo sermone prosequitur, q̄  
non video quorsum attinebat, cū inter *Leū* & me nulla sit  
de re controuersia. Neq̄ etiā aliud vnq̄ aut scripsi aut sensi,  
de triū personarū eadē singulari ac simplicissima essentia, q̄  
sentiunt orthodoxi, tantum hoc cauillari poterat *Leus*, quod  
abusus sim vna vocola particeps. Atqui cum toties clamet  
*Hilarius*, toties *Augustinus*, toties *Dionysius*, quoties de  
rebus diuinis verba fiunt, nullas esse voces humanas, qui-  
bus exprimere possimus illarū ineffabilē & incogitabilē  
naturā. Sed qualibuscunq̄ verbis nobis de illis esse balbu-  
tiendū velimus nolimus, cū idem clarissime testetur *Didy-*  
*mus* in ope de spū sancto, quod *Hieronymus* latinitate dona-  
uit. Cū *Augustinus* ineffabilem illā coniunctionē huma-  
næ naturæ cum diuina in eandē hypostasim aliquoties in  
ep̄lis mixturā & pmixturā appellet, haud dubie vocabulo  
non

non congruente rei vt habet explicandę cū nullis hominū  
verbis possit explicari, quando nondū ferunt aures Theo-  
logorum, si quis dicat hypostasim Iesu Christi, constare, cō-  
politam esse, cōglutinatam esse, coagmentatam esse, copu-  
latam esse, conflatā esse consociatā esse, commixtam esse,  
ex deo & hoīe Tātum ferunt, in ea naturam humanā cum  
diuina vnitam esse, & tamen hoc ipsum vocabulū vnitam  
si quis ad viū exigat, nihil minus significat, q̄ quod nos ita  
de deo balbutientes sentimus. Nam natura nature vnita,  
quid aliud sonat, q̄ e duabus naturis vnā esse factam: Q̄  
de Christo predicare sit impiū. Hęc cum sic habeant, cur  
Leus mihi gratatur vnus vocule gratiā facere preferim  
cum ex his quę precedunt ac sequuntur eodem in loco sa-  
tis liqueat, nō aliud sentire me, q̄ quod sentiunt orthodoxi.  
Nec enim sic voco filium dei participē diuinę essentię vt  
pars sit apud patrem, pars apud filium, pars apud spiritum  
sanctum, sed vt eadem sit omnīū, nescio an liceat addere cō-  
munis. At hoc etiā mollis est filium dicere participem di-  
uinę naturę, quod eam habeat a patre, Sed ita vt pater ni-  
hilo secius habeat eandem quā dat filio. An nō abutimur  
hac voce, de rebus etiā humanis loquentes: Nōne toti⁹  
corporis singule partes, participes sunt animę, & tamē aīa  
sic est cōmunis omnīū, vt in singulis mēbris sit tota ac sim-  
plex. Scio gręcorum vocē ad hanc rem explicandam esse  
magis accōmodam μετέχου quod fere sonat quasi di-  
cas cum alio habens, Si habere dicitur, qui non caret, certe  
filius non caret natura diuina, Et si habet, nec solus habet,  
non video cur non possit dici μετέχου, hoc est participes  
esse patri, a quo habet vt sit deus, Quod si latini non habēt  
aliā vocem qua reddant verbum μετέχου, q̄ participare  
sive participem esse, quando quicquid loquimur de re-  
bus diuinis mera balbuties est, non video cur dei filius ab-  
surde dicatur particeps naturę diuinę, quemadmodū ho-  
mo dicitur particeps rationis, particeps naturę humanę,  
non

non quod pars naturæ sit apud hūc, pars apud alios, sed quod  
non careat ratione, neque expers sit naturæ humanæ. Quod  
si dicas, participem esse non exprimere singularem ac sim-  
plicissimā essentiam, eādem in tribus personis, fortassis nec  
*ἁπομορφίου* vocabulum idem exprimer apte, nec *μετομορφίου*,  
nec quod propius etiā accedit *ἑαυτομορφίου*. Neque enī sic fi-  
lius est patri *ἁπομορφίος* quēadmodū homo hominī aut ol-  
la ollæ ex eadem argilla fictilis. Imo nihil est in rebus con-  
ditis, quod alij cuique simili modo possit *ἁπομορφίου* dici, quē-  
admodum filius dicitur hominī patri, iam nūc latine nō  
veremur dicere filiū patri consubstantialē, cum olim or-  
thodoxi non sint veriti facere tres substantias diuinas, quē-  
admodum nunc tres personas dicimus. Ad quam rationē  
impium sit dicere filium patri consubstantialē. Porro cū  
græcis *ὑποστάσις* sonet substantiam, tamen Hieronymus  
horret confiteri tres hypostases in deo, vt ne dicam interim  
ne substantiā quidem proprie dici deum, quando hinc di-  
cta videtur, quod huic innitantur accidentia. Atqui cū dici-  
mus deum regnare, sapere, providere, prescire, viuere, abu-  
timur vocabulis humanis, quod pprie & per omnia qua-  
drantia desint. Hæc ideo refero, quo declarē, non oportere  
videri mirū si ego verbo participij sim abusus. Dices, non  
sat erat dicere, verbum est diuinæ essentia, omīssa dictione  
particeps. Significare volebā filiū quod deus est, hoc habere  
cū patre cōe, imo adeo ab ipso patre. Quid igitur ad rē faci-  
unt quæ Leus hic congerit, de hominīo de plenitudine di-  
uinatis in Christo, de Christo, natura vereque deo, quorum  
adeo nihil negamus, vt hoc ipso in loco quem reprehē-  
dit Leus, nō aliud agamus, vt nō potuerit obscurū esse le-  
ctori in quem sensum abuterer vocabulo participis. Et ta-  
men hanc ipsam vocem explanauī posteriore editione  
nequis offendi posset At negat Leus idem valere, *ἁπομορ-  
φίου* πατρί & participem illi diuinæ essentia, Si  
vrget verbi proprietate, nec *ἁπομορφίος* est filius patri.  
Si cogi-

Si cogitur cōcedere, aliquem verbi abusum, cur in altero est tam iniquus? Non idem valent, si particeps dicatur in eum sensum in quem interpretatur Leus, at ipse in eū sensum nō usurpauit, Filius nō est particeps diuinę essentię vt sit pars diuinę essentię. Nō est particeps diuinitatis, quę ad modū nos sumus, an ideo nullo pacto particeps est? At nihil aliud efficiūt quę Leus adducit, in indice quo notat a nobis relictā, Nōne Christianę dixeris tribus personis esse regni consortiū, quod idem regnū sit oīm? At quid inter est inter consortē & participem? Quorsum hic attinebat Arianorū facere mētionē; nisi vt huiusmodi coronide crederet volumē? Aut quid referebat de vocabulo tam anxie disputare, cū de re nulla esset cōtrouersia, postremo cū Augustin<sup>o</sup> scribit, in filijs gratię participationē esse diuinitatis, in filio naturę plenitudinē, nō negat simpliciter, filiū esse participem diuinitatis, sed negat eo modo esse quo nos sumus participes. Aliter deus nobis impartit suā diuinitatē aliter filio. An hoc quoq; verbū horrebit Leus? At cur nō dicatur impartire deitatē filio, qui dat & autor est, vt sit deus. Qui nō loquitur de rebus diuinis nisi verbis per omnia quadrātibus, illi tacendū fuerit. Hęc dixerim nō quod sit deam esse nouorū verborū autor, Tantū indicare volui, in quē sensum abusus sim vocabulo participis, nec temere sit abusus, ni fallor, nec impudenter.

#### AD LXXII.

**H**ic ratiocinatur Leus ex verbis meis me filio ad imitatione. Oia per ipsum facta sunt, rectius vertisset per illud, nisi manus pronome ipsum referre ad deū patrē, verū huic sensui refragat prepositio, *Δι*, quę pugnat cū ratione principij. Hoc obiter admonebā lectorē, sermonē Euāgelistę sensum ancipitem habere, nō minus apud gręcos quā apud nos, quod hęc particula per ipsum, vel ad deū patrē referri posset, vel ad verbū. Proinde disquiro vtro commodius possit

possit accommodari, subindicans mihi magis probari, ut referatur ad verbum, & intelligamus patrem omnia comdidisse per filiū. Id quo probabilius reddā, adfero causam, quod cū patri cōpetat summa, & absolutissima ratio principij, prepositionē, *scilicet*, filio magis cōgruere, q̄ patri, qui licet nō sit creatū instrumentū patris, quē admodum heretici quidam somniarūt, p̄ quod reliqua crearet oīa, tamē ea sermōnis specie scriptura mystica sic loquitur de filio, quasi patri sit instrumentū cuiusdā vice, (sit mihi fas tantisper his verbis abuti) quādo per illū cōdidit mundū, per illū redemit humanum genus, p̄ illū nos recōcilijauit sibi. Atq̄ hic Leus egregiū ut putat telū nactus, quo me cōficiat, in os ingerit, qđ loānis cap. viij. negarim cōpetere, in verbū absolutā principij appellationē. Quā ibi inquit, ut mihi videt, plus satis sed hic multo magis adimis verbo. Nā prepositionē, *scilicet*, .i. per, quā verbo tribuis, cū nō audeas tribuere patri, dicis pugnare cū ratione principij. Hic protinus sequit, ut dicas cū verbo pugnare appellationē principij, ut prorsus sit repugnātia, si verbū dicatur principij. Sub hec relegat lectorem, ad caput loānis viij. Vbi pulchre demonstrat filio qđ cōpetere, absolutā principij rationem. Quod q̄ magnifice præstet, paulo post excutiemus. Interim huic moeniū parti quā Leus suis arietibus quatit, succurrendū est. Hæc quæ modis oibus ad calūniam detorquet Leus, si nacta fuerint iniquū interpretē, videri possint periculose dicta. Sinequū nihil est incōmodi. Primū em̄ nō tā hic agimus de natura rei, qđ de cōsuetudine sermonis humani. Refert Augustin⁹ veluti solē niter, patri tribui potētia, filio sapiētia, spiritui bonitātē. Cū tñ oīm sit eadē potētia, eadē sapiētia, eadē bonitas. Ad hanc rationē in symbolo qđ vulgus ap̄toꝝ vocat, pater omnipotēs dicitur, nō filius aut spūs sanctus. Pater dicitur cōditor cœli ac terre, filius ac spiritus sanctus nō dicitur. Atq̄ huius cōsuetudinis, Augustinus nōnullas reddidit causas, quas hic recēdere nō est necesse. Iam prepositio

nē, siā, sonare rationē quādam instrumētī, vel illud arguit  
quod hūc Pauli sermonē, per quē fecit & sæcula, interpre  
tātes Theologi annotant, per, illic nō notare instrumētū,  
sed cooperantē. Hoc quorsum opus erat admonere, si ni  
hilerat in ea p̄positione quale dico: lam qd' est apud Pau  
lum, ex ipso, per ipsum, & in ipso, tāetsi nō improbo Chry  
sostomi sententiā q̄ putat hæc oīa simul in patrē cōpetere,  
quidā interpretes quorū est Ambrosius, & ante hūc Orige  
nes interprete Hieronymo, horū singula ad singulas plo  
nas referūt, p̄ ipsum proprie filio accōmodātes. Si qd' diffi  
dit nobis Ambrosij verba sunt hæc. Quia oīm creator est  
deus, fecit ei ea quæ nō erāt, vt essent, ideo ex ipso sunt oīa  
Et quoniā ab ipso sunt, per filiū eius, q̄ eiusdē vtiq; substa  
tiæ est, esse cœperūt, cuius opus patris est opus. Quia er  
go ipse operatur per filiū, per ipsum sunt oīa. Et quoniā q̄  
sunt ex deo per deū sunt, post renata in spiritu sancto sunt,  
in ipso sunt oīa & c̄. Origenes enarrās hūc locū cōfert cū al  
tero qui est apud Paulū. Vnus deus pater ex quo oīa, vnus  
dñs noster Iesus Christus, per quē oīa. Quid qd' ne Chry  
sostomus quidē negat, peculiariū cōpetere in filiū, vt per  
ipsum dicatur operari pater, sed eos reijcit q̄ dictitabāt hæc  
p̄positionē siā minuerē filij dignitatē, quē volebāt a deo nō  
solū genitū, sed etiā conditū, vt per eū reliqua cōderet vni  
uersa. Adde, qd' argumentū ipsum huius loci cogit, vt ad  
verbū referatur, nō ad patrē, siquidē hoc agit Euāgelista,  
vt doceat verbū nō fuisse creatū in tēpore, sed in principio  
fuisse apud deū patrē anteq̄ conderētur oīa, & adeo nō fu  
isse partem rerū ex tempore conditarū, vt per hunc pater  
vniuersa condiderit, quicquid est rerum vel visibīliū, v̄  
intelligibīliū, non quod filius sit instrumentum patris,  
sed quod de eo sub ratione quādam instrumētī loquamur  
Per filiū legitur pater condidisse mundum. At nusq̄ le  
gitur filius per patrem condidisse mundum. Et tamen fili  
us



mentum, in rebus diuinis nō est quidē instrumentum, Sed  
tamen est in sermonis specie, qua de deo balbutimus ratio  
quedam instrumenti quę nimirū pugnat, cū prima ac ppria  
ratione autoritatis ac principij. Que si nulla est in patre, vt  
non eadē sit in filio, recte dicemus oia a filio condita per  
patrem quęadmodū recte dicimus, oia a patre fuisse condi-  
ta per filiū. Vt ne cōmemorē, quod vsus solēnis ecclesię, quę  
quid petit a patre, per filiū petit, At cōtra, cū a filio petit, nō  
addit per patrē, sed quę viuus & regnas &c. iam quod Leus do-  
cere nititur, alicubi reperiri sermonis hanc formā tribui pa-  
tri, quod genus est illud, per quę vocati estis in societate filij  
eius, mirū videri non debet, cū ad eum modū aliquoties lo-  
quatur, & de rebus humanis, per me nō stabit, per hos cō-  
dita est Troia, per te factū est, quo minus vicerim. In quibus  
oibus, autor intelligitur, non instrumentū, etiā si non abest  
omnino instrumenti ratio quedā. Quod genus sermonis sit  
rex per se iussit, rex ipse scripsit, rex per se edixit, hoc est ipse  
sibi fuit instrumentū, nec alio vsus est instrumento. Vides  
nūquā abesse rationē aliquam instrumenti, etiā cum maxime  
abotimur hac prepositione. Sic pater dicitur sui principij,  
quod a nullo sit alio, & per hunc facta sint oia, quod ad id  
nō egerit vilo adminiculo. Neque vero hic simpliciter age-  
batur, an recte dici possit, per patrē esse condita oia, de pa-  
tre loquebamur ac filio, disquirentes in vtrū magis compe-  
teret hic sermo. Oia per ipsum facta sunt. Omnia sunt con-  
dita a patre per verbū, An oia sunt cōdita a verbo per patrē?  
Quod si donat Leus perfectissimā, maximeque propriā &  
absolutam principij rationē competere patri, tum preposi-  
tionem *Δι* & plerūque pugnare cū ratione autoritatis, siue ori-  
ginis, siue principij, certe erat cur hic malle ad filiū per-  
tinere, quod dictum est. Oia per ipsum facta sunt, quę ad pa-  
trem. Nec ideo ad imo filio principij vocabulū, si in confe-  
rendo magis attribuo patri. Nec ideo falsum est prepositio-  
nem *δι* & pugnare cū ratione principij, sicubi secus hac abu-  
timur

timur. Sed haec tenus tamē, ut filius non dicatur operari per  
patrem, cum pater per filiū operetur. Nec ideo filius nō est  
aliqua ratione principiū, si prepositio *scilicet*, magis cōpetit in  
filiū q̄ in patrē. Nā filius hoc ipsum, quod aliquo modo  
principiū dicitur, habet a patre. Neq; enī aliud sensitse me,  
vel ipsa verba, quibus vsus sum in editione priore, satis ar-  
guunt. Verū in q̄ huic sensui nō nihil refragatur p̄positio  
Cum aīo, nō nihil, an nō idico nō vndiquaq; refragari me.  
Atq; hīc lubēs rogarim Leum quo cōsilio reliquerit, illud  
nō nihil, haud quāq; relicturus, si cōtra me fecisset. Deinde  
cum addo, & magis cōcinit cū Paulinis verbis, per quem  
fecit & secula. Cur hoc quoq; dissimulavit Leus? An non  
audiebat hic me non absolute sed per cōparationem loqui.  
His artibus cū rem agat, tamen negat se rhetoricen tenere,  
sed nuda simplicitate veritate niti. Iam illud exemplum quod  
adfert Leus, per memetipsum iuravi, nō admodū ad hanc  
disputationē facit, cū hic grācis nō sit prepositio *scilicet*. Quid  
habeant Hebrei nescio, q̄ vidētur in huiusmodi abuti in, p̄  
per. Porro quod in indice suo quo recēset ea que videlicet  
ip̄sius admonitu sim moderat⁹, vbi prius dixeram *scilicet* pug-  
nare cum ratione principij, in posteriore voluminis editio-  
ne adiecerim p̄cipij paterni, siue mauris Hilarij verbo uti,  
auctoritatis. Primū de hoc loco nihil admonuerat Leus, sed  
tantū de Cap. Io. viij. Hunc non aī aduerterat, aut si aī aduer-  
tit celavit. Deinde si nō adiecissē qd' adieci, cum illic age-  
rem de patre, quid accipi poterat, nisi ratio paterni p̄cipij?  
Porro qd' Leus ibidē subiicit aliud ingens, sentit Hierony-  
mus, q̄ per ip̄m ad patrē refert, nō satis intelligo, qd' sibi vel sit  
Nō enī arbitror Hieronymū illd' sentire. Sermonē hūc oīa  
per ip̄m facta sunt, ad patrē esse referendū, cū magno con-  
sensu veteres orthodoxi, referāt ad filiū. Siquidē Hilarius  
ex hoc loco colligit eternitatē verbi. Infinitū est inq; p̄ qd'  
sit omne, qd' factū est, & cū ab eo sint oīa, & tēpus ab eo est  
Ire Augustin⁹ in hoc Euangeliū. Cōcedē inquit non factū  
verbū

verbū, per qd facta sunt oīa. Indicat idē Origēnes admo-  
 nens ex hoc loco, Valētinū an sam arripuisse, vt diceret ver-  
 bum esse qd mundane creationis prestetit causam creatori.  
 Rursus Hilari<sup>9</sup>, sine ipso factū est nihil, cū eni nihil sine eo,  
 intelligo nō esse solū, quia ali<sup>9</sup> est, p quē alius sine quo nō  
 Sed qd opus est in re p se perspicua, testimonia congerere.  
 Primū hoc cōstat cū ea principij ratione q̄ patri peculiaris  
 est, pugnat p̄positio Δ<sup>o</sup> quæ tñ filio cōgruit. Nec ideo nō  
 pugnat in genere, si paucis in locis abutimur hac p̄positio-  
 ne cū pugnet plarūq̄, & pugnet, iuxta natiuā ac germanā  
 significatiōē. Ex his satis opinor liq̄re, me nō tā impie sen-  
 tire de principio filij q̄ interpretatur Leus. Verū quoniam nos  
 relegar ad alterū locū, vbi totis copijs hāc rem exagitat, p̄-  
 stat vt qd superest hui<sup>9</sup> disputationis eo differamus. Atq̄  
 hic animaduertere lector Lei nostri ciuilitatē. Si qd odio  
 sius est nactus, id nusq̄ nō iterat, nō ingerit, nō inculcat cū  
 nusq̄ collaudet, ac ne mentionē qdem faciat si quid ex me  
 is profecerit.

AD. LXXIII.

Ioā, primo.

**A**n notaram ex autoritate Chrysofomi, quosdā here-  
 ticos ita distinguere, Sine ip̄o factū est nihil, atq̄ hic  
 colo interiecto, subiicere. Quod factū est, in ipso vita erat.  
 Id Leus non negat esse verū, nec negari poterat qd scripsit  
 Chrysofomus, Sed negat esse hereticos q̄cunq̄ sic distin-  
 guunt. Nec hoc a me dictum est, Verū eos dixi hereticos  
 qui sic distinguūt, & quod distinguunt in eum quem dixi  
 sensum interpretantur, Et tñ hunc locū Leus recenser inter  
 eos quos reliquerim incastrigatos, Quid autē hic a me cor-  
 rigi volebat? An id volebat a me retractari, qd nō scripserā

AD. LXXIII.

Eodem.

**H**ic negat sibi notū esse locū in quo diuus Hieronym<sup>9</sup>  
 reijcit quorundā cōmentū interpretantiū, In his ver-  
 bis & sine ip̄o factū est nihil, nihil significare peccatū. Atq̄  
 id mirū est assidue versanti in sacris autoribus, iam Locus  
 quē

quem adducit aduersum me, ex commentarijs quos diuus Hieronymus scripsit in Osee prophetā, nō admodum mecum pugnat. Quis enim negat esse quod verum est, & nihil esse quod falsum est? Aut quis nescit homines nihili dici nullius precij? Et idolū paulo dici nihil, qđ nihil differat a reliquis lignis, quod ad religionē attinet. Sed qđ audiuit, vbi de rebus condendis fit mentio, aliquid esse conditum quod diceretur nihil? Et tamē Leus notat, nec hanc annotationem a me castigatam esse.

AD. LXXV.

**R**ursus Le<sup>o</sup> philosophatur in articulo græco, Anno Eodem. taram & illic articulū additum *καὶ τῶν ἡμῶν τὸ φῶς*, quo intelligeretur Christus non queuis esse vita sed vera illa & ineffabilis quemadmodum & Luci additur articulus. Hic rogat Leus cur apud Iacobum legatur *ἡ ζωὴ* addito item articulo cum de vita mortali loquatur. Mox enim sequitur, vapor ad modicum parens, Hoc quod Leus obiicit, non magis ad me pertinet, qđ ad Chrysostrum, ad Cyrillum, ad Athanasium, ad Didymum, quorum autoritatem hac in parte sequor. Sed tamen ne nihil respondeatur Leo, quē admodum articulus vere vim hanc obtinet, vt distinguat rem vulgarem, a re insigni, veluti τὸ ἀγαθόν articulus distinguit a quouis vulgari bono, τὸ καλόν, a quouis pulchro, τὸ πᾶν, hoc vniuersum, a quouis toto, non tamen hoc ita peruenit, quin alijs occasionibus articulus apponi possit vt tamen non idem efficiat, veluti cum demonstratur aliquid, cum repetitur cuius autem fuerit mentio, cum aliquis ab alio secernitur. Atq; id esse in Iacobi sermone facile deprehendet, que legerit attentius. Postremo non est opus hac distinctione, vbi res non postulat. Hic quoniam de rebus diuinis fit sermo adhibenda erit distinctio.

AD. LXXVI.

Cui nomen erat Ioannes,

Hic

Eodem,

**H**ic quoniam tantum mecum litigat, non arbitratus sum opere precium respondere. Quod hic leuiculum vocat, in interprete, alias in me facit ingens flagitium. Et sententia mutata meminit, quod ego certe non soleo.

AD LXXVII.

Eodem,

**A**dmonerem, fuit homo missus a deo, non esse simpliciter missus, sed ita missus, quem admodum mittitur legatus cum mandatis, nam aliter mittitur graecis epistola, Leus obijcit, quod in Luca, cum sit *ἀποστόλος* unde hoc participium est, *ἀποσταλμένος* tamen verterim missus quasi non eodem modo verterim & hoc loco, aut quasi & angelus non legatus fuerit ad virginem cum mandatis. Hunc tamen locum recitat inter eos quos non correxerim. Doceat quid velit corrigi. An illud, quod indicarem proprietate graecae dictionis? Cum illis *ἀπόστολος* & *ἀπόστολος* & *ἀπόστολος* & *ἀπόστολος* dicatur quod mittitur.

AD LXXVIII.

Eodem,

**I**terum atque iterum visum est Leo philosophari in articulis graecis, non satis versans in suo Capite. Annotaram ubi Ioannes Euangelista negat Baptistam esse Lucem, addidisse graecum articulum *οὐκ ἦν ἐκ τῆς φωτός*, non simpliciter negans Ioannem esse Lucem aliquam, Cum idem alibi dicatur Lucerna ardens & lucens, sed non esse veram illam lucem, de qua paulo ante meminerat. Idem autem est factum, in *τῷ φωτὶ* .i. de lumine. Id ut refellat Leus, adducit locum ex Matthaei, c. v. *ὡς ἐστὶ τὸ φῶς τοῦ κόσμου*. At mox, *λαμπάτω τὸ φῶς ὑμῶν*. Nimirum hic cum non loquatur de vera luce, quae est Christus tamen additus est graecus articulus. Quod si mihi liberet arguari, possem hanc culpam rejicere in interpretem Matthaei, quem Leus alicubi suggillat. Possem causari bibliographi culpa commissum. Possem huius cause periculum ad eos rejicere, quorum autoritatem sequor. Quos an Leus sibi contemneret putet, ipse viderit. At malo veris magis sepius agere, Negari non potest alicubi graecis esse liberum articulum vel addere vel omittere. At rursus est, ubi non sit liberum, Finge hic fuisse

fuisse liberū, & interpretē siue quod magis reor Euāgelī-  
stam apposuisse articulū, an ideo nō valet alibi vis articuli:  
vbi subest causa, cur addēdus sit aut omittēdus: Hic apud  
Matthæum nō agebatur de distinctione lucis æternæ, &  
lucis apostolicæ, quāq̄ in apostolis relaxit ipsa lux Chri-  
sti, in loāne hoc agebatur vt distiugueretur lux loānis a lu-  
ce Christi, quod a multis crederetur esse Christus, cū esset  
tantū præco Christi. Porro quod Leus rursus ingerit, ni-  
hil vetare quo minus & illic legamus addito articulo. <sup>ὁ θεός ἢ ὁ λόγος</sup> <sub>ὁ θεός ἢ ὁ λόγος</sub> satis erat eum locū semel perperā adduxis-  
se, in q̄ profus addi nō potest articulus. Sed sane q̄ frigidū  
est quod addit, <sup>ὁ θεός</sup> <sub>ὁ θεός</sub> hic significet verā lucē, quorsū  
attinebat addi, <sup>ἀληθινός</sup> <sub>ἀληθινός</sub>. Hoc argumentū simillimū est illi  
quod superius adduxerat, si <sup>ὁ θεός</sup> <sub>ὁ θεός</sub> refertur ad patrē, quid o-  
pus addere <sup>πατρί</sup> <sub>πατρί</sub>. Postremo in indice, refellit quod adieci-  
mus in æditione posteriore, videlicet ne foret loc⁹ huic an-  
notationi, quā magis arbitror me nūq̄ vidisse: vel hoc sig-  
no qd̄ nihil respōderim, Refert autē Leus & hic trūcatim  
verba mea: nimis hæc. Habet & hoc articulus vt referat  
rem de qua prius erat sermo, qd̄ ideo adiecimus, quia apd̄  
Matthæū, vbi Christus vocat suos lucē mūdi, & sal, vtro-  
biq; addit articulus græcus. Hoc magnifice refellit Leus,  
gladiū in tenebris aduersum me vētilans, cū nō intelligat  
qd̄ dixerim. Sigdem ille sic argumētatur, quasi scripserim  
apud Matthæū, ideo apponi articulū, qd̄ præcesserit men-  
tio salis, aut luminis, Cū ego locutus sim de hoc loco, vide-  
licet illud sentiēs, vt etiā si donemus nō semp apponi græ-  
cis articulū, quoties verā lucē significare volūt, cū appona-  
tur aliquoties, vbi significet lumē humanū, tamē & alia ra-  
tione hic addendū fuisse articulū, quod repetatur lumē, cu-  
ius ante facta sit mētio. Et vita erat lux Et tenebre eā non  
cōprehenderūt. Quod adeo miror nō vidisse Leū, cū in  
sermone meo sit ita perspicuū, vt magis esse nō possit. Nā  
inibi præcesserat in annotatione mea. Aut sic accipe. Nō  
et at:

erat ille lumē de quo modo loquutus sum, cum dicerem vt  
 testaretur de lumine. Habet enim & hoc articulus &c. Cū  
 destinasset reprehēdere nostrā, debebat attētius inspicere  
 primū quid esset, qd' incessere vellet. At huiusmodi lapsus  
 nō ignoscit mihi in tam vasto opere, eoq; nō ad repren-  
 dēdum, sed ad docendū parato. Iam si libeat possem & alia  
 ratione defendere apud Matthæū articulū non temere esse  
 additū, idēq; duplici noie, primū, quod nō quis terre sal, ne-  
 q; queuis lux mūdi significetur; sed sal Euāgelicæ sapiētie  
 & lux Euāgelicæ doctrinæ. Hæc velut eximia designauit  
 articulus, vt sunt, si cōferantur ad salē ac lucē vulgare. De-  
 inde quod cum totus sermo qui præcessit ibidem, summā  
 celestis philosophiæ, ceu salem ac lucem proposuisset, lo-  
 que lateq; dissidētē a tenebris, stulticiaq; philosophiæ mū-  
 danæ, mox adhortans apostolos, vt hanc lucem circumfer-  
 rent per vniuersum orbem, subiecit, vos estis sal terre, vos  
 estis lux mundi. Vos exhibetis orbi salem ac lucem huius  
 doctrinæ, quam vobis impartio.

Eodem.

AD LXXIX.

**A**Nnotaram in his verbis Euangelistæ, qui post ve-  
 nit, ante me factus est, participiū ἐρχόμενος cū sit an-  
 ceptus ad utrūq; tps, posse tñ reddi p̄ verbū p̄teriti tps, prop-  
 terea, qd' adhereat verbo p̄teriti tps γέγονε. Nā participia  
 græca p̄sentis tps, hac occasione fiūt aliquādo p̄teriti tps.  
 Præterea qd' factus est, pro eo dictū est, qd' erat ceptus esse  
 prior, hoc est celebrior, qā prior me erat, cepit em̄ id videri  
 hoibus, qd' et ante fuit, licet hoibus adhuc incognitus. Hu-  
 ius interpretatiōis cū Cyrillū citē autorē, addo Chrysostrōmū  
 altiora quēdā maluisse sectari. Hic primū Leus in hoc a me  
 dissidet, qd' ex Chrysostrōmo colligat, illum legisse p̄ verbū  
 futuri tps. Mihi cōtra videt, aut Chrysostrōmo nihil refer-  
 re utrū legat verbū p̄ntis tps an futuri, aut ἐρχόμενος acce-  
 pisse in significatiōe p̄ntis tps. Qd' palā est ex his v̄bis. Nā  
 si de gnatione dixisset, nō p̄nti sed p̄terito vsus eēt tpe. Na-  
 tus nāq; erat Christus, cū ita loquutus est loēs. Neq; ei est  
 alia



nō raro taxat, & aliquoties latinam simplicitatem appellat. Et tamē ego sum ipso etiā Hieronymo æquior in hūc, qui nihil demutē ex eius trāslatione. Postremo cur exigit a me Leus ne qd faciā preter exēplū Hieronymi, cū nō sit virtusq̄ simile institutū, Ille correxit, quod legeretur in tēplis, apud Idiotas, ego scribo quod priuatim legatur in cubiculis a doctis.

Ad. LXXXII.

Eodem,

**Q**uod ipse nosset omnes, quæ admodum nobiscum legit Augustinus admonerā in græcis codicibus haberi, τὰ πάντα id est oīa, Cum Leus in exemplari meo reperiat πάντα Hinc quid aliud colligi potest, q̄ in posterioribus exemplaribus repperisse me πάντα atq̄ id maluisse sequi, qd cū nostra lectione congrueret.

AD. LXXXIII.

Ioan. iij.

**A**nnotaram duobus verbis, quod nos vulgo legim⁹ Nisi quis renatus fuerit, apud græcos cōstanter esse γεννηθῆ hoc est natus, ac græce lectioni suffragari vetustissimos & optime fidei codices latinos. At hic obiicit mihi Chrysostomū latine loquentem. Quod ex huius interpretatione plane liquet Chrysostomū græce legisse quemadmodum nos legendū esse monemus. Cum enim Homilia xxiiij. docuisset ἀνωθεν bisariam exponi, e cœlo, aut, iterum Homilia proxima prosequitur modū generationis Cœlestis. Nec me mouet quod interpres latinus constanter habet renasci, & renatus, pro natus & nasci. Qd si maxime Chrysostomus græce legisset renasci, quid aliud intelligi posset, q̄ illum ex superiore loco, repetisse ἀνωθεν

AD. LXXXIII.

Eodem,

**Q**uod est apud Ioannem, filius hoīs, qui est in cœlo subindico græcū participium ὄν quoniam adheret participio & verbo preteriti tēporis, verti potuisse per verbū preteriti imperfecti tēporis. Nec tamē muro quicq̄ ex vulgata lectione etiā in æditione vtraq̄. Et hic quoq̄ Leus

Leus velut in re periculosa mecum delitigat. Et postquam descendit inquit, iam versatus in terra, nunquam tum etiam erat in caelo: Quasi ego hoc aut senseri aut dixerim. Qui dicit filium dei descendisse de caelo num continuo negat illum esse in caelo? Deinde docet nos ex autoritate Chrysostomi, quod filius hominis dicitur esse in caelo, cum corpore tum versaretur in terris, id licere propter communionem idiomatum quae admodum ex aduerso, filius dei dicitur passus aut mortuus. Quasi vero quisquam istud nesciat, quod vel limen sit ingressus Theologiae.

AD. LXXXV.

**I**n priore voluminis editione, submonueram in codice Eodem. quo primum sum usus scriptum fuisse <sup>MANET</sup> id est manebit. Et tamen in contextu, post aliud exemplar nactus, in quo repperi <sup>MANET</sup> id est manet, id malui sequi quod cum nostra lectione congrueret, praesertim cum ad sensum nihil referret. Et tamen in posteriore editione, non dissimulauimus duplicem lectionem, & utramque magis probaremus indicauimus adiecimus enim quod quod accentu mutato erit manet, atque ita legitur in nonnullis exemplaribus, ac mea quidem sententia rectius. Fidelis aufert peccatum infidelitas relinquit peccatum, manet autem quod non tollitur. Et tamen Leus hunc locum recenset in catalogo manentium. Sic enim visum est illi inscribere. Si contextus & versio in utraque editione bene habebat, & si in annotatione posterioris editionis nihil est quod reprehendatur, quod nec in prioris editionis cometaryolo quicquam erat quid est quod hic volebat mutatum Leus.

AD. LXXXVI.

**C**um instituissem nouum testamentum, quam tum liceret a soloecismis purgare, ostendo quod interpretis <sup>ουγγαυρου</sup> venit coutitur, non satis latine redditum esse. Quis inquam vnquam dixit couti, aut quis intellecturus sit, couti esse commercium & mutua vitae consuetudinem. Nam & latinis usus familiaritatem significat, & utimur his cum quibus habemus consuetudinem. Cum autem rogo, quis vnquam dixit couti, nimirum de his sentiensque latine

Ioan. iij.

latine loquuntur. Leus mihi in os obijci Chrysoſtomū lati-  
ne loquentē aliena lingua, & Hieronymū abutentē vulga-  
ta a ditiōe. At quis iſtū nesciebat: Quoties ipſe dixi con-  
tū recitans hoc euangeliū: O preclaras annotationes, plane  
q̄ dignas q̄ numerent. Et tñ hanc quoq̄ Leus notat inter  
eas, quashomo impudēs nō veritus ſim relinquere.

AD. LXXXVII.

Ioan. v.

**I**n hoc quod legitur apud Ioānem q̄ prior descendisset  
in piscinā, admonueram nec apud græcos, nec in vetu-  
stis latinorū codicibus reperi, in piscinā, quod tamen paulo  
ante preceſſerat, cum narrat angelū descendere solitū in piſ-  
cinam. Hic duplici nomine mecum iurgatur Leus. Primū,  
quod per obliuionē relicta sint latina vulgatę lectiōnis, q̄  
superſunt a græcis, deinde quod ſuſpicari non oportuerit  
interpretē additū fuisse in piscinā, nisi codex quatum  
utebatur sic scriptū habuisset, cū ego nō id ſuſpicar de inter-  
prete tam religioso, quin potius aio, mihi videri hoc eſſe ad-  
ditum ab alio quopiā, qui voluerit repetito quod preceſſe-  
rat rem explanatiōē facere. Verū hic placatus eſt Leus,  
quod in posteriore editione ſuſtulerim in piscinā videlicet  
ab illo monit⁹, q̄ ſi nō idē meli⁹ potuisset admonere famul⁹  
græci sermonis aliquāto doctior q̄ nunc etiā eſt Leus, Ce-  
terum poſſem hic viciffim de Leo q̄ri, qui ſecus adduxerit  
locum quē carpit, q̄ a me poſitus fuerit. Nam ille citat deſ-  
cendit in piscinam, quę prior eſt pars de angelo loquens,  
vbi nō nego addendā piscinam, cum ego ſcripſerim deſcē-  
diſſet, poſteriore partem notans.

AD. LXXXVIII.

Ioan. vii.

**Q**uod eſt apud Ioānem ἐν παρρησίᾳ, & interpretē red-  
didit in palā, admonēo iuxta proprietatē græce vo-  
cis, magis ſonare, in libertate eē, hoc eſt libere & audacter  
loqui. Atq̄ hæc duob⁹ v̄bis dūtaxat admonēo in cōmēta-  
riolis annotationū, in cōtextu lego, palā eſſe, qd̄ viderē in-  
terpretē ſenſum bene reddidiſſe, licet a græca voce deſlexe-  
ru

rit. Nāq̄ palā loquit̄, sibi fidit & audacter intrepideq; loq̄-  
tur, nec veref̄ hoim iudiciū, sibi bene conscius. Hic cū nihil  
ame sit admissum, nisi qd̄ indicat̄ greca vocis proprietatē  
Nec enim aliud sonat παρρησία q̄ periculosam loquendi li-  
bertatē, nec aliud παρρησία εἰς q̄ libere loqui, tñ Leus mihi  
rixam mouet, negans cōsistere quod annoto. Quae inquit  
sermonis consequētia. Nemo in occulto quid facit & que-  
rit libere loqui: Volebant apostoli vt fama de eos spargere  
tur. Videant inquit discipuli tui opera tua. Et consequen-  
ter. Postq̄ dixerunt nemo in occulto quid facit, & querit  
in palam esse, manifesta inquit te ipsum mundo. Ita vole-  
bant eum palam esse, vt mundo manifestaretur. Quare  
Chrysostrōmus dicit hęc verba in palam esse, vane glorie  
suspicionem habere hactenus Leus. An non manifestat se  
mundo, qui libere palamq; loquitur: An qui ad id hortan-  
tur, earent vanę glorię suspitione: An non qui occulto fa-  
ciat aliquid, pugnat cum eo, qui cupit palam ac libere loqui.  
Nam mettere videtur qui clam facit aut loquitur. Audet,  
qui palam loquitur, nec famę iudicium metuit. Atq; in in-  
dice suo partim mihi placatus est Leus, partim adhuc  
indignatur. Placatus est, quod in editione posteriore fateor  
mihi videri, Chrysostrōmum sic accipere ἐν παρρησίᾳ εἶναι  
quasi diceret celebrem esse, nondum tamē ignoscit quod  
maneat eadem interpretatio. Atqui vt dictum est in conte-  
xtu non interpretor, libere loqui. In annotatione recte do-  
cui grece vocis proprietatē etiam si fatear & alibi aposto-  
los. hac voce greca, semel atq; iterum abufos. Sed iisdē cō-  
pluribus in locis, apte proprieq; vtuntur. An mihi non lice-  
bit proprietatem indicare in scholijs, sicubi secus vsurpāt  
apostolis: Atq; in hoc ipso capite semel atq; iterum repeti-  
tur ἐν παρρησίᾳ pulchre congruens ad nostram annotatio-  
nem.

AD, LXXXIX

Adiecerā

Eodem,

**A** Diecerā in posteriore additione, qd̄ legif. Nō ei vo-  
lebat in Iudeā ire, cōfentiētib⁹ gr̄corū exēplarib⁹  
apd̄ vnū Chryſoſtomū repiri diuerſam lectionē, ex  
vni⁹ gr̄aci vbi mutatiōe, q̄ p̄ *ἰδὲν* legiſſe videat̄. Hu-  
ius rei cur meminerit Leus nō video, niſi forte videri vult  
hoc ipſius monitu factū eſſe. Atqui ſi id eſſet factum haud  
quaſi diſſimulaſſet, homo tam glorie ſue parcus, q̄ vix fuit  
rei Plautinus Euclio.

Eodem,

AD XC.

**Q** Voniā gr̄ca lingua multis in rebus felicior eſt no-  
ſtra, optarā, vt que admodū gr̄aci recte dicūt̄, *ἡμισυ*,  
cuius dimidiū eſt peractū, ſiue quod eſt in medio curſu, ita  
nobis quoq̄ liceret dicere, mediare. Id quoniā aures latine  
nō patiūtur, oſtēdo, quomodo quod gr̄ca vox ſentit, lati-  
ni ſermonis periphraſi poſſit exprimi, nihil etiā inceſſens in-  
terpretē. Atq̄ hic quoq̄ Leus mihi iurgiū mouet. Si red-  
didiffet inquit latine, iam patuiſſet alteri calūnia, latine red-  
didit, at nō reddidit gr̄ce. Quid faciā iſti iurgatori tā mo-  
roſo? Quādo vnq̄ carpiſimus interpretē, quod vocē gr̄ca-  
cam, que latine reddi nō poterat vnica voce, periphraſi ex-  
preſſerit. Certe aliquonies laudo. Mox adijcit Leus. Inter-  
pres Chryſoſtomi legit, mediāte. Quid hoc mea refert?  
quaſi nō eodem modo legat Auguſtinus. An mihi nō lice-  
bit in libro q̄ priuatim doctis legitur tollere ſolœciſmū, ſi  
q̄s alius maluit vt̄i vetere forma, in ſolēni publicaq̄ lectio-  
ne, quod & ipſi facimus? Et hūc locū recēſet Leus inter ea  
quæ homo perfricte frōtis auſuſ ſim, vt erat, relinquere cū  
magno fidei Chriſtiane periculo.

Eodem,

AD XCI.

**P** Ro eo, qd̄ nos legimus Iōānis cap. vii. Nondum erat  
ſpiritus datus, quia Ieſus nondū erat gloriſicatus, ad-  
monui in gr̄cis codicibus conſtanter haberi, Nondū em̄  
erat ſpiritus ſanctus, quia Ieſus nondū erat gloriſicatus, &  
adhunc modū Theophylactū Bulgarēſem epiſcopū, nō  
legere

legere solū, verū etiā interpretari, exponit eī, nondū erat,  
 id est nondū datus erat. Præcedit enim. Hoc autē dixit de  
 spiritu quē accepturi erāt credētes. Et perinde quasi rogaf  
 set aliquis, cur dicis accepturi? Respōdet, adhuc carēt illo  
 spiritu, quē post accepturi sunt. Nō erat igitur spiritus, nō  
 quod simpliciter nō esset, sed quod in credētibus nōdum  
 esset. Hic Leus obiicit mihi Origenem versum latine, quā  
 ex hoc testimonio quod adducit, nō cōvincit Origenē, aut  
 quisq; fuit alius, eius operis autor, legisse spiritū datū. Ait  
 enī hūc in modū. Neq; enī venerat super aliquē ipsorū cre  
 dentiū in Iesum spiritus sanctus, sicut testatur Ioannes. Vi  
 des, quod pro datus posterit, sanctus, nec dati vlla mētio.  
 Hic in indice Le<sup>o</sup> ascribit, me fateri sic haberi apud Chry  
 sostomū, vt ipse citat. Imo cōtra dictū est, ex interpretatiōe  
 Chrysostomi non liquere quid legerit, imo potius colli  
 gilegisse eū, quē admodū græci legūt. Illud fateor, ab in  
 pte cōstanter additum esse datus. Atq; idē fateor esse scri  
 ptū in antiquis latinorū codicibus. Nec mirum est, cum i  
 dē valeat, nondū erat spiritus, quod nondum erat datus, si  
 nostri maluerunt dilucidius loqui.

AD XCII.

**T**Andem redimus ad principiū, de quo Leus mecū  
 sine fine litigat. Cū mihi nō satisfaceret, quod in hūc loann. viij.  
 locū adducit Augustinū quasi Christus rogatus quis es  
 set, respondisset se esse principiū, præsertim cum hanc sen  
 sum non attingat Chrysostomus, vir & græcus & ad pri  
 me doctus, inter ceteras coniecturas & hanc adduxeram  
 in æditiōe priore, quod in CHRISTVM non compe  
 tat absoluta principij appellatio, cum proprietates filij sit es  
 se ab alio. Hic Leus vt putat mediū tenet Erasmmum. Pri  
 mum deridet crassissimam incitiā meam, qui scripserim  
 proprium esse filij, esse ab alio, cum hoc sit illi comune cū  
 spiritu sancto. Quid ego audio? An ideo risibile nondice  
 tur

tur proprium Ioanni, quod sit illi cum Petro commune.  
Atqui quum dicimus risibilem esse, proprium est Ioan-  
ni, non secernimus illum a cæteris hominibus, sed a cæte-  
ris animantibus. Sed vt Ioanni quatenus est homo,  
proprium est esse risibilem, Ita filio quatenus est filius,  
proprium est esse ab alio, non quod spiritus sanctus non  
sit ab alio, sed quod illi non commune sit hoc cum patre,  
ad quem illum confero. Quid huc adducam Porphy-  
rium autorem, qui nos doceat varijs rationibus aliquid di-  
ci proprium? Et hoc maxime proprium esse, quod ita  
conuenit alicui, vt in neminem alterum competat. Sed  
præstat opinor, quando de rebus sacris agimus, sacrorum  
vni testimonijs. Cyrillus in libro, cui titulus est Thesau-  
rus, scribit hunc in modum. Omnia quæ patris sunt pro-  
pria, naturaliter sunt propria & filij. Ea Cyrilli verba  
diuus Thomas enarrans in libro quem scripsit aduersus  
errores Græcorum, patet inquit ex præmissis a Cyrillo  
quod loquitur de essentialibus attributis. Hæc autem  
dicuntur esse propria patri, non in respectu ad filium, ne-  
que filio in respectu ad patrem, sed vtrique in respectu ad  
creaturam, quia proprium hic dicitur, non quod conue-  
nit vni soli, sed quod proprie & vere alicui secundum se  
conuenit. Vides lector quam nihil sit, quod hic argua-  
batur Leas, qui tam indigne fert, esse Louanij, qui pol-  
liceantur se doctores illi futuros in re dialectica. At iam  
opera præcium est audire, quibus argumentis oppug-  
net, quod negauerim absolutam principij appellationem  
competere in filium. Si damus inquit filium non esse ab-  
solute principium, sequetur quod est omnium absurdissi-  
mum

muti, non esse absolute deum. Cum sit deus de deo,  
quod si sit deus de deo, & nihilo minus absolute deus,  
cur non sit similiter principium de principio, & tamen  
absolute hoc est simpliciter principium. Ac mox obji-  
cit mihi, quod in familiari colloquio fortasse respondi,  
non eandem esse rationem huius vocis, dei, & principij,  
quod altera sit absoluta, altera relatiua. Id refellit his mo-  
dis. Si accipias inquit absolute, vt significet simpliciter,  
vis relatiua nihil impedit, vt dicatur absolute principium,  
id est simpliciter, cum nec in alijs relationibus impediatur,  
quin dicantur de deo simpliciter. Non negabis puto  
verbum esse simpliciter dominum, ac creatorem. Sin  
absolute capias, vt distinguatur contra relatiue, sic nec pa-  
ter est principium absolute. Sic etiam nihil dixeris ad  
hunc locum. Proinde reliquum fuerit, vt negaueris  
verbum simpliciter esse principium, itaq; consequenter  
simpliciter esse deum. Id qd' parum abest, vt dicas alio lo-  
co, vt postea indicabimus. Si sic gradus ponemus, vt pa-  
ter sit simpliciter deus, & principium, quia a nullo, filius  
simpliciter, quia ab alio, id est a patre, iam spiritus san-  
ctus plus aberit adhuc vt simpliciter sit deus, aut princi-  
pium quia a duobus est, hoc est a patre & filio, sicque nel-  
cio, quantum absumus ab hæresi Arriana. Audiuius  
argumentationis virulentiam, nunc audiamus stolidita-  
tem. Leus colligit nos minimum abesse ab heresi Ariana,  
at ego vereor, ne multo minus absumus, a stulticia Co-  
rcebi. Quam enim hæc nihil habeant affinitatis cum  
Arrianorum dogmate, res ipsa mox docebit.  
Si filius non est inquit absolute principium, non eris  
absolute

absolute deus, Quid hoc aliud est, q̄ si dicas. Ioānes nō est absolute doctus, cū sit ignarus iuris Cæsarei, igitur non est absolute homo, quandoquidē Ioānes de quo loq̄mur, idē est homo. Aut petrus nō est absolute perfectus cū ipse sub sit alijs perfectis, igitur nō est absolute homo. Aut non est absolute victor qui cū aliquor vicerit, ab alijs tamen sit victus, igitur nō est absolute homo. Nō est absolute homo qui in sua tantū classe primus sit, igitur nō est absolute homo. Aut nō est absolute albus, cū aliqua parte sit ater, igitur nō est absolute homo. Sed quēadmodū consequitur, Ioānes habet priorē se, igitur non est absolute primus, ita consequitur, verbū est ab alio principio, igitur nō ē absolute principium. Sed docet. Deus nō obstare vim relatiuā, argumētans a simili multū dissimili. Dominus & creator, noia sunt ad aliquid, quēadmodū principū, & tamen filius dicitur absolute dominus & creator. Neq̄ enim dixim⁹ quāuis vim relatiuā obstare; Sed hanc peculiarē, quæ est in voce principij. Nam principij ratio sic refertur ad eū qui est ab alio, vt reciproca relatio tollatur. Quēadmodū prim⁹ dicitur, respectu sequentiū, ita sequētes ad hunc primū dici non possunt. Quod si talibus relatiuis, addas, aduerbium absolute, quisquis absolute primus erit, sol⁹ erit primus, vt quisquis absolute princeps est, solus dicitur hoc modo princeps. Atq̄ hæc peculiaris vis relatiui nominis non obstat, quo minus fili⁹ dicatur absolute dominus aut creator, cū hoc respectu non inter se conferantur persone, sed tantū ad res conditas. Nam filius & spiritus sanctus, qd̄ vterq̄ dicitur dominus aut creator, in hoc prorsus ex æquo cōicant cū patre, nisi forte illud interest quod vt filius, aut spiritus sanctus dicitur dominus aut creator, hoc ipsū habent a patre. Nec ideo tamen nō est absolute dominus aut creator. Cum tota ratio huius appellationis simpliciter congruat his quē admodum patri. At in ratione principij duplex est collatio altera qua persone simul referuntur ad res conditas, altera qua

qua inter se cōferuntur. A tribus pariter sunt omnia creata  
sed persona rursus est a persona. Vnde fit, vt non possit ab-  
solute dici principium nisi quæ sic producit alias, vt ipsa a nul-  
la sit. Nec ideo filius dici potest absolute principium quod sit  
conditor oim rerū conditarum, cū supersit aliqua ratio prin-  
cipij, qua nō possit dici principium. Iam quod colligit leus ve-  
lut abominandum fore vt ad hanc rationē, spiritus sanctus  
multo longius absit ab hoc, vt dicatur absolute principium  
quis nō videt esse verū. Nā cum spiritus sanctus nō habe-  
at nisi vnicā principij rationē qua refertur ad res conditas,  
filius etiā spiritus sancti principium sit, nimirū bis abest a sum-  
ma illa & perfectissima ratione principij, quæ patri soli cō-  
petit. Nec ideo tamē plus abest, vt sit simpliciter deus. Nec  
interim video, quorum attinebat, vt Leus alterū illud cor-  
nu, suo assueret syllogismo, Si absolute inquit, vocas prin-  
cipium, quod citra respectum dicitur principium. Quis  
enī tā infan<sup>9</sup>, vt qd per se relatiuū est, dicat esse sine respectu  
His ad hunc modū dissertis pergīt Leus. Aliam inquit fidē  
inuenio apud sanctos. Chrysostomus cap. i. in Ioannem.  
Cum dicit inquit euangelista hoc erat in principio apud  
deum, suadet vt filiū sine principio intelligas. Hæc Chryso-  
stomus. Nunc attende lector, vt perspicias acumen leicum  
Vide quid ex his Chrysostomi verbis ratiocinetur acutu-  
lus iste, quē pleriq; fautores iactitant esse mirū Scotistam,  
atq; hac in parte longe vincime, licet eloquentia superio-  
rem. Si sit inquit principium sine principio, certe est abso-  
lute principium. Hic quid senserit Leus nescio. Certe ser-  
mo prorsus heresim sapit. Cum enim hic tota hac disputa-  
tione agamus de principio originis, impium sit dicere filiū  
esse principium, sine principio. Si hereticum est negare, qd  
filius sit a patre, deus de deo, hereticum sit oportet eundem  
dicere principium absq; principio. Sin intelligit de princi-  
pio durationis quod vocant, vt sensus sit verbum dei, non  
coepisse esse in tempore, quid hæc faciant ad presentem  
dispu.

disputationem: An ideo filius non habet principium ori-  
ginis, quia non habet principium temporis: Et an ideo di-  
cetur absolute principium, quia caret vna eaq; aliena ab  
hoc sermone ratione principij, æque peruersè interpreta-  
tur Leus, quod scripsit Hieronymus in psalmū centesimū  
nonū, Pater principium, Sed filius principium, Principi-  
um enim non habet principium, Si enim habuerit princi-  
pium iam ipsum desinit esse principium. Quicquid ergo  
patri damus, damus & filio. Si enim pater in filio, & filius  
in patre, & oīa patris filij sunt, & oīa filij patris sunt, & prin-  
cipiū patris, principiū filij est. Hæc si Leus intelligit, vt ad-  
uersum me faciāt, prorsus hereticum sensum sequitur. Sin-  
accipit in eū sensum, in quē scripsit Hieronymus, Non ma-  
gis contra me faciunt, quam si quis dicat regem Carolum  
hoc anno non esse natum. Nunc eligat Leus vtrum ma-  
lit hæreseos, an stulticiæ condemnari. Agit illic Hie-  
ronymus de rebus ex tempore conditis, Sed si is per quem  
condita sunt omnia, iam erat antequam conderentur, se-  
quitur æternum fuisse. Nam si is vnde originem habet  
ipsum tempus, cœpisset esse in tempore, non posset esse  
principium, hoc est conditor, sed esset creatura. Ad-  
eum sensum accipiendum quod adiicit principium pa-  
tris, principium filij est. Quomodo dicitur principium  
patris qui a nullo est, & quomodo hic tribuit filio princi-  
pium, quem mox negarit habere principium. Nisi quod  
illic agebat de principio durationis siue passiuo, quantum  
ad res creatas hic de principio actiuo, quando verbis scho-  
lasticis vtendum est, siue maui de principio æternitatis  
Sensit illic non posse creatorem esse, qui creatus sit, hic  
sensit creationem fuisse filio cum patre communem, qui  
cum habet & æternitatem eandem. Addit Leus idem  
Augusti-

Augustinus contra Maximinum haereticum. Quaeso quid  
ibi dicit Augustinus? An idem quod modo nobis inter-  
pretatus est Leus, filium esse principium sine principio, &  
ideo absolute principium? Nunquam sic insaniit Augu-  
stinus. Cur autem Leus, non ascribit locum? Nam is  
ni fallor est apud Augustinum libro tertio capitulo deci-  
mo septimo. Quid est inquit in principio erat verbum,  
nisi in patre erat filius. Et ipse filius interrogatus a Iudae-  
is, quis esset, respondit, principium, qui & loquor vobis  
pater ergo principium non de principio, filius princi-  
pium de principio. An ex his verbis ratiocinatur Le-  
us filium esse absolute principium? Imo cum Augusti-  
nus dicit filium principium de principio, palam fatetur  
eum non esse absolute principium, sed id cognominis  
tantum congruere patri, qui sit principium sine principio.  
Pergit Leus. Et Origenes in principio commentario-  
rum in Genesim. Quaeso quid illic dicit Origenes, fili-  
um esse principium absq; principio originis, aut filium  
esse absolute principium. Vide lector, quos fumos hic of-  
fundit nobis, si tam stupidi simus, quam ille putat Orige-  
nis verba subscribam, quae ille suppressit ne deprahende-  
retur. Quod est omnium principium nisi dominus no-  
ster & saluator omnium Christus Iesus, primogenitus  
omnis creaturæ. In hoc ergo principio, hoc est in verbo  
suo, Deus coelum & terram fecit Ac paulo post. Non  
ergo hic temporale aliquod principium dicit, Sed in prin-  
cipio id est in saluatore factum esse dicit coelum & ter-  
ram? Non excutio nunc, an probem quod Orige-  
nes fortassis ex ambiguitate vocis hebraicæ, In prin-  
cipio interpretetur in filio, Certe palam  
ostendit se loqui de ratione principij, respicientis  
res conditas,

res cōditas, cū addit primogenitus oīscreatūre, sic filius est  
principiū oīm, Sed idem principium cum patre & spirito  
sancto. An hinc sequit̄ quod intēdit Leus. Filius est prin-  
cipiū, oīm rerum creatarū, igitur est absolute principiū: p  
fecto nō magis, q̄ si dicas. Hic ē summus pōtifex Britāniæ  
est igitur absolute summus pōtifex. Aut est Imperator ger-  
mania, igit̄ absolute Imperator. Atq; hæc oīa, cum prorat,  
sine mēte dicta sint Leo, vide tamē, q̄ magnifice perorat,  
quasi re preclare gesta. Et cur inquit facimus tam insignē  
iniuriam verbo, vt nihil sit absolute, quia oīa habet a patre:  
cū in creatoris verbī nō tollatur absolute appellatio nature  
qua participant, cū filius q̄ pater, nihilo min⁹ sit absolute  
homo. Quid loquit̄ os impudēs? Quis vnq̄ negauit filiū:  
quicq̄ dici absolute, quod quicq̄ haberet, haberet a patre:  
Bella vere collatio de patre & filio, quorū vterq; ex equo  
dicatur homo. At Abel nō opinor absolute dixeris princi-  
pium humani generis, quēadmodū Adam a quo sic propa-  
gati sunt oēs hoies vt ipse a nullo sit homine. Sed Leus p  
sequitur argumētationē suā ad hūc modū. Et verbū si non  
sit absolute aeternum, non est aeternum. Quod si sit absolu-  
te aeternum, erit absolute principium. Quis hoc conce-  
dat Leo, quod assumit, videlicet nixus illi fundamēto, qd̄  
ipse sibi substrauit, nō esse absolute, quicq̄ est ab alio. Cū  
Romanus pōtifex sit absolute summus pōtifex, & tamen  
vt summus sit, habet ab alio, nimirū a Christo. Quis igit̄ fa-  
cit hāc iniuriā v̄bo, nisi Lei interpretatio. Et nō pudet talib⁹  
cōuicijs impetere proximum in negotio, qd̄ nō intelligit̄:  
Iam qd̄ addit Le⁹, nō video, quorsum ptineat. Insufurrabit  
inqt, forte aliq̄s, patrē esse principiū deitatis Esto Sic dicit  
Augustinus. Sed qd̄ dicit sane intelligit, etiāsi Chrysosto-  
mus & Hieronymus egre hāc loquutionē admittant, ne  
hāc ansam vt cūq; prebeāt Arianis. Sed satis sanū est, si sane  
intelligas. Cæterū caue credas, filio quicq̄ esse cōmune, cū  
appellatione huius principij, Nā plane filius hoc modo  
principij nec simpliciter nec nō simpliciter. p̄tia  
Si Augustin⁹ dixit

dixit solum patrē esse principium totius deitatis, utrū hoc pro me facit an contra me? Deinde quam ansam hinc arripere possint Ariani? An ut dicāt ideo filiū esse minorem patre, quod sit ab illo? At istud orthodoxorum nemo negat. An quod hinc consequit patrē esse sibi principium? Et hoc si recte accipiat verum est. Nam haecenus sibi principium est, quod ex sese sit, & nō ab alio. Sed quid hoc vel ad me, vel ad Ariam? Ad hęc, quid sibi vult quod ait Leus, satis sanū est, si sane intelligas. Nam mihi hęc loquitur. An vsq; hęc secus interpretatus sum, q̄ sensit Augustinus? preterea quorsum illa spectāt: caue credas filio quicq; esse cōmune cum appellatione huius principij. An vnq; filio tribui principij rationē maxime propriam maximeq; perfectam, & absolutam, quæ soli patri conuenit? Iam quod sequitur, eget commodo interprete: quod asseuerat filium neq; simpliciter, neq; non simpliciter esse principium diuinitatis. An filius non est principium deitatis spiritui sancto? Sed addere debebat Leus, quod additur ab Augustino totius deitatis. Atq; hoc modo solus pater dicitur principium. Sed hęc cum fatetur Leus, nonne pedibus discedit in meam sententiam: quam haecenus tot verbis & tam odiosis impugnavit? Si pater aliqua ratione principium est, qua filius & spiritus sanctus nō est, & si filius nulla ratione principium dicitur, qua non dicat & pater, nimirum fatetur solum patrem absolute dici principium. Sed huius disputationis coronidem, non dubito quin adiecerit Leus admonitusa quodam rei Theologicae peritiore: qua tacite recātat quod ante perperam scripserat, rectius facturum, si spongia totum locum emendasset iam eodem afflatus spiritu, quod hic attigit tractat aliquanto explanatius in indice, q̄ recenset ea quæ moderatus sum in posteriore editione: commemorans quo sensu dixerim solum patrē absolute principium, cum filius non dicatur principium nisi cum additione. Pater absolute modis omnibus dicit principium, qua-

tenus principij ratio applicatur p̄sonis diuinis. Id cū Leo  
coram frequēter explicuiſſem, quid opus erat hac diſputa  
tione, cū fateatur ſe mecū ſentire. In quo ingens, nec noſ re  
pugnamus, & tamē adijcit. Sed an ſatis ſit, vt cōcludas ver  
bum nō eſſe absolute principij, viderit doctus lector. Si cō  
cedit absolute dici principij, in quē omnis principij ratio  
cōpetit, ſi fateſ, hoc nō cōpetere niſi ſoli patri, cur dubitat,  
an euicerim, filiū non dici principij absolute. Poſt hæc de  
ducit me in ſcholā, ac docet, qđ illi ſuggeſſit monitoriū,  
quē admodum p̄ſone tres ſint vnū principij rerū cōditarū  
ex tēpore, quomodo pater & filius ſint vnū principij ſpi  
ritus ſancti ab æterno; quomodo pater ſolus ſit hac ratione  
principij, qđ cū ab eo ſint oīa, ipſe tamen a nullo ſit. At qui  
hoc eſt, qđ appellabā absolute principij verū hæc licebat  
abūde diſcere ex libri Theologicarū ſententiarū primi diſ.  
xxix. Si rudis eſſem aliorū autorū, vt nihil opus fuerit hac  
de cauſa cū Leo deſcēdere in ſcholā. Sed quid faciūt hæc,  
aduerſus meam annotationē? Verū audiamus Leum hæc  
accōmodantem ad rem ſi verbū inquit negas eſſe absolute  
principij illud, quod patris proprietatē dicit, id eſt ſi verbū  
negas nō habere a quo ſit, cū ab eo ſint omnia, ne tu mecū  
ſentis. Sed q̄ nō cōſequatur propterea nō eſſe absolute pri  
cipium, male dialecticus eſt, qui nō videt, cū præter hanc  
rationē principij ſuperſit adhuc & ea, quæ filij proprietatē  
cōſequitur, & ea quæ trinitati cōuenit. Aut ego inſigniter  
ſtupidus ſum; aut Deus nō intelligit quid dicā absolute pri  
cipij. An vt filius dicatur absolute principij, ſatis eſt vt ſu  
perſit aliqua ratio, quæ dicatur principium? An vt absolute  
doctus vocer, ſatis eſt ſi norim grāmaticam latinā? Imo hoc  
ipſum obſtat, quominus filius dicatur absolute principij,  
quod pater ſit aliqua ratione principij, qua filius nō eſt prin  
cipij. Sed pergit, oſtēdere mea verba ſecū pugnare; quod  
principium illud quod patri tribuo absolute ac ſimpliciter,  
tribuam & filio, perfecte quidem illi, ſed non absolute: cū  
eara

ea ratio principij nullo modo competat in filium. Imo cum  
patri tribuo maxime propriam & absolutam principij ra-  
tionem, non sentio de certa quapiam ratione principij, sed  
in genere de ratione principij, quæ rationes omnes com-  
plectitur. Hanc nunq̄ tribuo filio, Neq; pugnat filium di-  
ci perfecte principium, nec tñ absolute, Non magis q̄ pug-  
nat Petrū perfecte doctum esse in grammatica, nec tñ ab-  
solute doctum esse. Hic obiter mihi taxat, quod ea verba  
quæ sunt apud Augustinum, tribuam vulgo recentium  
Theologorum. Ego quod reperio citatum a Petro Lom-  
bardo, tractatum a Thoma, scoto & alijs horum similibus  
cur non tribuam vulgo Theologorum. Certe illic legerā,  
nec potui illic legere, nisi scirē esse apud Augustinū, cuius  
illic citatur nomē. Sunt multa apud veteres, a quibus vulgus  
recentiū Theologorū abstinet. Hominē adeo permixtum  
in Christo, dixit Augustinus, & tamē nō sic loquitur vul-  
gus Theologorum recentiū. At ne videar præter Theolo-  
gorum exemplū primus negasse filiū absolute dici princi-  
pium, adducā cōmentarium Alberti magni in primū caput  
Ioānis, Augustinus, inq̄t, dicit cū dicit in principio erat ver-  
bū principium supponit patrē, siue paternū intellectū. Questio  
aut̄ surgit hic scdm̄ hāc expositionē, quæ sit ratio, qd̄ princi-  
piū supponit patrē, cū principium sit in multis intētionibus,  
sicut dicit in. v. primæ philosophiæ. Augustinus etiā dicit,  
quod & pater est principium, & filius est principium, & spiri-  
tus sanctus est principium, & simul hi tres, non tria, sed vnum  
principium sed ad hoc dicendū est, qd̄ absoluta & prima ra-  
tio principij activi nō est nisi in patre cum enī duo sunt pro-  
cessus, prim⁹ scilicet quo p̄sona procedit a p̄sona, & secun-  
dus quo creatura p̄cedit a creatore, prim⁹ p̄cessus est causa  
secundi, vt dicit Augustin⁹ principium totius processus pri-  
mi nō est nisi in patre, quia licet sp̄s sanct⁹ procedit a filio,  
tamē hoc filius habet a patre. Pater autē est principium non  
de principio, & ideo prima autoritas principij & prima ra-  
tio.

42.  
tio est in patre, & ideo dicit Augustin<sup>9</sup> qd' in patre est prin-  
cipium totius diuinitatis & hac ratione autonomatice prin-  
cipium supponit patrē. Hactenus Albertus. Quid autē di-  
ci potuit explanatus, per principium absolute positū intelli-  
gi patrem. Nec abhorret ab his quod scribit sanct<sup>9</sup> Bona-  
uentura in lib. Sentē. i. distin. xxix. Intētio inquit principij  
propriissime recipitur in deo, maxime q̄tū ad psonā patris.  
Sed adhuc vrget Leus, vt tibi donemus inquit, filiū nō di-  
ci absolute principium quid istuc obstat interpretationi di-  
ui Augustini. Cū satis sit Angustino qd' filius principium sit  
creaturarū cū patre. Verū dicit, si cōstarethic filiū dici princi-  
piū, Sed hoc ipsum est qd' vocat in dubiū. Nā qd' obijci po-  
test quosdā interpretari, In principio creauit deus cœlū &  
terram id est in filio, vt recipiamus interpretationem q̄ mi-  
hi videtur extorta, non absolute ponitur principij vocabu-  
lum. Sed mox sequitur creauit &c. At in euangelio Ioan-  
nis quoniā absolute positū est principij vocabulū de patre  
interpretatur & ij quibus Leus tribuit plurimū. Qz q̄ autē  
olim nō solebant in disputando vrgerē testimonijs apoca-  
lypsos, tamen illic capi. iij. Christus nō simpliciter dicitur  
principium, sed principium creature dei, Nec in aliū sensum ac-  
cipiendū arbitror, qd' scriptū est capi. i. Ego sum alpha & o  
principium & finis, ac post, primus ac nouissimus. Siquidē  
ipse sermonis tenor declarat illum loqui de Christo, & ec-  
clesia, cuius principium fuit, cū assumpto corpore humano,  
reconciliauit eā sibi. Cuius finis erit, Cū altero aduentu per-  
ficiet illius felicitatē, Rursus capite. xxij, cū his verbis vti-  
loquitur de aduentu Christi, primus fuit, quia initium salu-  
tis nostre vltimus erit, quia post eum aduentū non erit am-  
plius hæc ecclesia, Deniqz Leus ita discedit ab hac disputa-  
tione vt dicat se quidem in hoc a me dissentire quod negē  
filiū absolute dici principium. Sed tamen videre, quo pacto  
possit compingi hic locus, iuxta græcam lectionem, sec<sup>9</sup>  
q̄ nostra interpretatio habet, quæ ingenue fateor, nec mihi  
satis

factis probatur Quid faciam Leo, si nullis autoribus nullis  
 argumentis illi persuaderi potest, in solū patrem cōpetere  
 absolutam principij rationē. Atqui dñs Ioannes Atenſis,  
 quo nō aliū habebat hæc Academia doctiorē in re Theo-  
 logica, nihil arbitrabatur esse periculi, si quis dixisset in so-  
 lum patrē competere absolutā principij rationē, in filium  
 non cōpetere. Ita retulit tū mihi dñs Martinus Dorpius q̄  
 illum mea causā cōsoluerat super hac re. Nec hodie sat scio  
 inficiabitur me verū dicere. Vtri vero par erat me potius  
 credere Atenſi an Leo. Qd̄ si mihi fas ē ἵπτες τὰ ἑσονται μὲν  
<sup>ἡ ἀδελφὴ</sup> cur intantū abhorremus ab hoc, vt principij voca-  
 bulum peculiariter cōpetat in patrem, cū Hilarius æterni  
 cognomē illi ceu proprium tribuat. Cum Chrysoſtomus  
 non vereatur cū Paulo dicere patrē solum deū, non ob ali-  
 ud, nisi quod solus pater sit ceteris personis fons æternita-  
 tis, ac deitatis. Sed cur non indicat nobis istam nouam ra-  
 tionem explicandi huius loci. Nam quod fatetur sibi non  
 probari, hanc nostrā interpretationem. Si de interprete sen-  
 tit, vbi est, quod dixit huius interpretationē esse profectā  
 a spiritu sancto. Sī de Augustini interpretatione, miror il-  
 lum a tanto autore desciscere, & in meā sententiam discede-  
 re pedibus. Sed magis etiam placet, quod existimat hūc  
 locum sarciri posse e libris græcorū. At vbi interim quod  
 toties inculcauit, græcorum libris non esse fidendum. Ve-  
 rum huius de principio nimīū proluxæ concertationis tan-  
 dem finis esto, si prius illud addidero, mirum videri, quo  
 consilio Leus hunc eundē locum bis recensuerit, primum  
 in indice quo notat quæ sim moderatus, ac rursus in indice  
 quo notat quæ non correxerim.

AD. XCIII.

**C**um admonuissem in hoc sermone Ioānis, principium Eodem.  
 qui & loquor vobis, principium non esse nomen sed  
 aduerbium, ac perinde valere, quasi dicas principio siue  
 primo loco, male habet Leū, quod dissentiat ab Augustino  
 cui

cui vult admodum addictus videri. Hæc autem sunt mea verba  
 quibus offendit. Deus bone, quot verbis hic agit Augu-  
 stinus dum persuadere conatur, principium sic accipiendum, qua-  
 si dixisset, credite me esse principium. Hic Leus hæcenus sub-  
 leuat Augustinum, ut ostendat Hieronymum in eodem fuisse er-  
 rore, qui psalmum enarrans, xxxix. scribit, quod Christus interro-  
 gatus quod esset, responderit esse principium. Primum admonuit com-  
 mentarios hos, mihi nec integros videri, non vnus esse hois.  
 Sed deus hoc esse scriptum Hieronymo, in transcursu, atque  
 aliud agenti, non ideo vereri debent annotare, grecum sermonem  
 hunc sensum non recipere. Is eodem in loco interpretatur, in principio  
 creauit Deus coelum & terram, id est, in filio creauit, sane quod coacte  
 Deinde accommodat locum ex Euangelio Iohannis. In principio  
 erat verbum. Cum hic principium non pertineat ad verbum, sed ad patrem  
 Si tamen ad personam pertinet. Et in indice miratur Leus adhuc persiste-  
 re me in sententia, cum fatear & Ambrosium, eiusdem esse senten-  
 tiam cum Augustino. Atque cum Leus ipse fateatur sibi non probari, quod  
 interpretatur Augustinus, cur me vult mutare sententiam?

AD. XCIII.

Eodem.

**H**anc annotationem Lei, non potui fateor absque risu lege-  
 re. Ridebis & ipse lector, ubi rem cognor. Cum primum  
 egerem nouum testamentum Basilee, veterumque esset ad locum de adul-  
 tera de pharsa, consului commentarios Augustini, non interpreta-  
 retur hoc argumentum, & nescio quo casu siue quod parum esse  
 attentus, siue quod in codice fuerit alius ordo, persuaseram mihi, lo-  
 cum hunc ab Augustino preteritum esse. Reuersus in Brabantiam,  
 cum per ocium opus recognoscerem, cooperi secus habere que-  
 ritam, ac mutata scriptura, testatus sum esse apud Augusti-  
 num in commentarijs, & citari nonnunquam ab eodem, sed ita vni-  
 hilo sectus testetur, hanc historiam in multis & grecorum & la-  
 tinorum codicibus non haberi, idcirco libro aduersus pelagianos  
 secundo, ubi vehementer illius referebat, grauisimum esse  
 pondus huic Euangelij loco. His ita gestis, incidit postea, ut  
 in familiari colloquio Leus vltro narraret mihi, locum hunc  
 ab.

ab Augustino nō enarrari, Rogauī, nū ita res haberet, asse-  
uerauit. Tū ego aridēs. In eodē inq̄ errore fui Basileæ in q̄  
tenūc esse video, Sed antēius euolue cōmentarios Augu-  
stini, & cōperies te falsū esse, Simulq; ostēdi locū in ānota-  
tionibus meis expūctū, Hæc dissimulās Leus. Nō est verū  
inqt, velut obiurgās me; videlicet q̄ gloriolā hāc in se trāsfe-  
rat. Siquidē in indice quo recēset ea, q̄ videri vult ip̄o mo-  
nitore mihi fuisse correctā scribit hūc in modū. Fateē Augu-  
stinū mētione facere historiæ de adultera inpingit mihi ex-  
rorē meū, velut ab ip̄o correctū dissimulās qd̄ni monitus  
fuisset a nobis, fortassis adhuc idē error haberet ip̄m. Hoc si  
inficiabif Leus, nō appellabo mēdacē, nō impudērē, qbus  
vocalibus subinde nos ornat, sed pessime memorē eē deie-  
rabo. Deide docet ex Eusebio, qd̄ Papias hāc historiā aditū  
xerit Euāgelio Ioānis, ex apocrypho Nazareorū Euāgelio  
Nō dāno qd̄ indicat Leus. Sed tñ possē hoiem suis vrgere  
telis. Posteaq; ille tot locis exaggerat Christianę religiōis  
piculū, qd̄ admonerā clarificare græcis esse *Josephus*, aut qd̄  
p̄fœnatorē verterī creditorē, videlicet ob hoies nouarū  
reŕ audios, cur ip̄e nō verē hoc, p̄dere, libro p̄ orbē vi ip̄e  
putat volituro, qd̄ in tēplis noīe Ioānis legit ecclia, ex apo-  
cryphis libris assutum esse. Cur hic non trepidat, ne totius  
scripturæ diuinæ, labascat autoritas? Quid erit idubitatę fi-  
dei, si pars Euāgelij nō exigua, ab ijs libris credat assuta, q-  
bus ecclia verat haberi fidē. Sed nō vacat cauillari. Vides  
tñ lector qbus modis hic illū tractare possem si vacaret, aut  
etiā luberet. Illc̄, p̄p̄modū me p̄terierat, qd̄ tñ nō ignoratū  
oportuit lectori, Leū hic adducere librū Augustini titulo  
de vera ac falsa poenitētia, cū in eius libri cap. xvij. noīatim  
citetur Augustinus. Hinc cōjcere licet, q̄ diligēter Leus  
versatus sit in libris Augustini: cuius patrociniū suscepit.

AD XCV.

**P**Ro eo qd̄ nos scriptū habemus, audiētes autem hæc **Eodem.**  
vnus post vnum exhibant, admoneo in græcis codici-  
bus

bus secus haberi. Nā additis aliquot verbis apud illos legi  
*οὐ ἴσταν αὐσαντισ, κὶ ὑπὸ στωφδίσωως ἐλεγχόμενοι ἐμῶν χεντοῦ ἐς καθ' ἑ*  
id est At illi cum audissent & a conscientia redargueren-  
tur, exierunt singulatim. Hic notat Leus, quod in mea  
æditione nō habeatur quæ testor mihi repta, in græcis vo-  
luminib⁹. Quid autē mirū, si in ædēdo hoc sequi sum, qd'  
mihi magis probaref, p̄sertim suffragātibus alijs exēplari-  
bus? Nā qd' illic erat additū nec scriptū est, in æditione Al-  
dina, Nec video qd' sibi velit qd' in indice suo Leus asseri-  
bit. Hic addit, q̄q̄ aliter legit Valla. Quasi nō idem adiece-  
rim in priore æditione, testās variā esse græcis lectionem.

AD XCVI.

Eodem.

**E** Adē opera respōsum est ad hāc q̄q̄ annotationē, Ad-  
monui in quibsdā codicibus addi *ἕως τῶν ἐσχάτων* id est  
vsq̄ ad postremos. Ea verba quoniā nō repperi in alijs exē-  
plaribus, quæ postea nactus sum cū nec in Aldina sint ædi-  
tione, malui sequi quod cum nostra cōgruit lectione.

AD XCVII.

Eodem.

**Q**uod nos legimus, q̄a patrē eius dicebat deū, ostē-  
do ex fide græcorū voluminū, pro eius legendum  
eis, nec addēdū esse deū. Deinde submoneo *ὄτι* accipi pos-  
se *πῆ*, ut sit sensus, nō intellexisse ludæos, qd' esset, qd' vo-  
caret patrē suū de q̄ toties tā magnifice p̄dicabat. Nā Ioseph  
quem huius patrē arbitrabatur esse, nouerāt, humilē, & in-  
quē illa magnifica nō cōpeterēt. Nec hūc sensum asseuero  
sed dubitās propono, his verbis ingressus. Sēsus autē vide-  
tur & c̄. Hic Leus cū autoritate iubet restitui locū in cōtex-  
tu, & vice, qd' Erasimici, restitui, qd' qd' ad eū modū inter-  
pretetur Chrysostomus. Id me non fugiebat, sed quoniā is-  
sensus mihi nō videbat ad amissim q̄drare idcirco repperi-  
mus alterū. Nā qd' Chrysostomus interpretatur, illos nō intel-  
lexisse, qd' de patre suo loqueret, qui me misit, verax est,  
nō videt admodū probabile, cū paulo superius multa no-  
minatim de suo patre loquutus esset. Sed ego & q̄ me mi-  
sit pater,

sit pater, rursum & testimoniū phibet, q̄ me misit pater. Di-  
 cebāt ergo ei, ubi est pater tu⁹? Respōdit Iesus, neq; me sci-  
 tis neq; patrē meū, si me sciretis, forsitā & patrē meū sciretis  
 Hęc cū p̄cesserint in eodē sermone, quō nūc oblitū subito  
 nō intelligūt illū de patre suo loq; Proinde, pbabile ē, loā-  
 nem hic repetisse sub sua p̄sona, qđ modo dixerat sub p̄so-  
 na Iesu. Neq; patrē meū scitis. Vides lector me nō temere  
 fuisse cōmotū, vt q̄rerē aliud interptamētū, a vulgari dixer-  
 sum. Qđ si nobis esset gr̄ci Chrysostomi copia, fortassis  
 esset, cuius autoritate refelleremūs, qđ Leus asseuerat. Iam  
 illud demiror, cur Leus hūc locū recēseat inter ea q̄ a nobis  
 in aeditiōe posteriore mutata nō sūt, cū in cōtextu sic verte-  
 rim. Et nō cognouerūt, qđ de patre eis loquit⁹ esset, & in  
 a notatiōibus hūc sensū p̄feram, cur⁹ me nūc p̄pmodū poe-  
 nitet. An nō turpe ē, rephēdere, nec insp̄icere, qđ rephēdas?

AD XCVIII.

**A** Nnotarā p̄ eo qđ habet nostra translatio inhonora- Eodem.  
 tis, in gr̄cis codicibus esse ἀτιμάετε ὕβο π̄ντις τ̄-  
 πορις. At cū in alijs codicib⁹ repperissem ἰτιμάσατε hoc ma-  
 gis libuit seq, qđ cōgrueret cū nostra lectione: p̄sertim cum  
 vtriusq; lectionis idē sit sensus. Porro lectionē ἀτιμάετε non  
 esse somniatā a nobis, vel illud arguit, qđ in p̄uetustis exē-  
 plaribus nostris scriptū cōperi inhonoratis, verbo π̄ντις τ̄-  
 πορις. Et hoc q̄q; Leus recēset inter ea q̄ mihi relicta sint,  
 cū in posteriore aeditione, lectorē admoneā gemine lectione  
 nis. Quid? an ne hoc quidē licebit per Leum?

AD XCIX.

Peccatores deus non audit.

**H** Aec annotatio quoniam praeter inutilem rixam, ni Ioan. ix.  
 hil habet non est cur respondeam, qui scis inquit, an  
 interpres εἰσακούει, vel κατακούει. Quasi meum sit hoc diuina  
 te. Deinde negat hoc esse seriū, sentiēs nihil interesse, inter  
 audio & exaudio. At vulgus plurimū putat interesse.

AD C.

**Q** Uod in priore editione, siue mea, siue operaz incu Eodem.  
 ria fuerat omīssum, sicut dixi vobis, in posteriore fu-  
 R i itad

it adiectū. Hoc laudis sibi vindicat **L**eus cū illi nihil debeat. Alioquin si nihil adiecisset in posteriore editione, quorsum opus erat tantū operæ sumere? Vt nihil aliud, vel famulis adiutoribus poterat hoc deprehendi.

AD. CI.

Ioan. x.

**S**illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scriptura, quē pater sanctificauit & misit in mūdum, vos dicitis quā blasphemias, quā dixi, filius dei sum. Hic ordo sermonis quoniā nō coheret iuxta grāmaticā rationē id quod sua spē vides lector, quē bā hoc incōmodū effugere distinctione. Vt legamus ad hunc modū. Si illos vocauit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura. Hic interposita per cōtatione. Sequatur reliqua quē pater sanctificauit & c. Hęc distinctionē nō probat **L**eus, & adducit interpretationē Chrysostomi qui locū hūc enarrat his verbis, Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, quō vos dicitis quā blasphemio, quia dixi filius dei sum? Adducit & Augustinū sic enarrantē, si sermo factus est ad hoīes, ut diceretur dī, ipm verbū quod est apud deū, quō non est deus? Quaso te lector, quid hęc ad anotionē meā? De sententiā loci nulla est nobis ambiguitas, tantū de sermonis ordine loquabar. Et **L**eus nobis interpretat sensum, Nihil incōmodi video, in sermone Chrysostomi, nihil i verbis Augustini. Sed in Euāgelistā verbis est ordo parū coherens, cui studebam mederi, & tamen quod indicaram in annotatione non sum sequutus in contextu. Quid? an non licebat huius incōmodi lectorē admonere. Et tamen sic admonet **L**eus, quasi fecerim iniuriā ecclesiasticæ lectioni.

AD. CII.

Ioan. xij.

**P**ro eo quod nos legimus, oīa traham ad meipm, admonueram in gręcis codicibus constanter haberi, *πάντας*, id est omnes. Hic **L**eus obiicit mihi Hieronymū, qui in cōmentarijs, quibus explicat Osee, legerat, omnia. At fieri potest, ut id a scriba mutatum sit. Sed demus ita scriptū ab Hieronymo ne hoc dissimulo secus haberi scriptū apud latinos, sed tamen verito, quod sic est in gręcis codicibus

bus, vt mihi nullum exemplar suffragetur, ad diuersam le-  
ctionem. Quin & in editione quam nuper nobis officina  
Aldi, sic habet, quemadmodum indicaui.

AD. CIII.

**I**N his verbis quodcumq; petieritis patrem in nomine Ioan. xiiij.  
meo, subindicaram, patrem non addi, nec in grecis, nec  
in vetustis latinorum exemplaribus, que mihi quidem vi-  
deri contigit. In posteriore editione addo, nec apud Au-  
gustinum hunc locum enarrantem addi patrem. Hic Leus  
mecum agit gemino telo, primum autoritate Chrystosto-  
mi me premit, qui legat patrem meum. Fateor, sic legit in-  
terpres, an Chrystostomus legerit incertum. Deinde ratio-  
cinatur non coherere quod sequitur, vt glorificetur pater  
in filio, nisi precesserit. Quicquid petieritis patrem. Haud  
equidem nego subaudiendum esse patrem, in priore par-  
te. Nam vnde peterent, in nomine filij, nisi a patre a quo do-  
cti sunt & ante petere, si quid opus esset. Pater noster qui  
es in coelis. Offendit & illud Leum, Si in priore parte non  
addatur pater sed legatur, quicquid petieritis patrem in no-  
mine meo, cum mox sequatur, Si quid petieritis in nomine  
meo, hoc faciam, videbitur eandem sententiam bis dixisse.  
Quasi vero hoc nouum sit huic Euangelista cum idem li-  
ceat in hoc ipso capite deprehendere. Quod in nonnullis ve-  
tustis codicibus posterior pars ita legit. Si quid petieritis  
me in nomine meo hoc faciam. Quasi possit aliquid a Christo  
peti, quod non petatur in nomine ipsius. Et hunc locum  
notat Leus, inter ea, quae non mutauerim. Quid? An oportet  
refragantibus omnibus graecorum codicibus, quos  
non paucos consului, refragante Augustino, refragante ve-  
terum exemplariorum fide, de meo addere patrem? Quid  
autem refert vtrum subaudiatur, an explicetur.

AD. CIII.

**E**T aliū paracletū dabit vobis. Fateor esse leuiculū quod Eodem  
annotatā in hūc locū. Quoniā apud latinos paracleti  
vocabur.

vocabulū, ita receptū est, vt existimet a plerisque, propriū esse nomen spūs sancti, duob⁹ verbis indicaui dilucidius fuisse futurū, si grēcā vocē vertisset in latinā, & pro paraclēto, potuisset cōsolatorē. Nā qđ hic loq̄batur Christus, cōsolandi gratia loq̄batur. Proinde ne se putarēt illius abitu fore desolatos, ait non relinq̄ā vos orphanos sed pater meo rogatu, dabit vobis aliū, q̄ me absente vos consoletur. Hęc incōmoditas, quoniam apud grēcos nō est, quid rettulit nobis Chrysoſtomū grēcū obijcere: Praterea paraclētū hic epistethō esse generale, declarat qđ sequit̄, sp̄ritū veritatis. Porro extremo qđ annotarā, quoniā leuiculū esse videbā, nō rettuli in cōtextu, in priore dūtaxat editione. Et si rettulisset, qđ erat periculi:

AD. CV.

**Q**uod gręcę scripsit loānes ἰπάρχω καὶ ἐρχομαι, ostēdo potuisse verti, A beo & vērurus sum, ppter participiū ancipitis tēporis. Et tñ nō muto lectiōnē receptā, nimirū intelligens, & verbū p̄sentis tēporis aptum esse ad declarandum celerem reditum.

AD. CVI.

Ioan. xv.

**Q**uod nos legimus, mittetur & areſcet, admonuerā grācis esse ἐσθλήθη καὶ ἄρξηται, id est eiectus ē, & exaruit. Si dubitat de fide mea, cōsulat Leus grācorū codices vel Aldinæ æditionis exēplar. Porro quēadmodum superius per verbum p̄sentis tēporis explicari voluit, qđ maxime esset futurū. Ita hic multo etiā vsitatius expressum est verbo p̄teriti tēporis, quod protinus esset futurū. Porro cū agitur de proprietate grāci sermonis nō multū refert ad ducere Chrysoſtomū latine loquentem. Potest enim fieri, vt is idē legens in cōtextu, qđ nos legimus, sententiā redderit interpretādo, non verba.

AD. CVII.

Ioan. xvi.

**P**ro eo quod nos legimus, docebit vos omnē veritatē submonui grācis nō esse διδάσκει, sed δὲ ἀποκρίσει id est nō docebit, sed ducet in omnē veritatē id an verū sit, vel Aldinum exēplar docere poterit. Porro cū sensus sit idē, cur ver

reat

re id seq, qd vt pbabilius ē, ita cōstater habebat in græcis  
exēplarib°. Rursus obijcit mihi Chrysofostomū latinū, p̄fer-  
tim cū ex illi<sup>9</sup> interpretatione, nullū argumētū colligi possit  
qd legerit Chrysofostom°.

AD. CVIII.

**C**larifica me tu pater, apud temetip̄m claritate. Hic ad  
moneo lectorē, qd̄ interpret̄ subinde vertit, Clarifica Ioan. xvij.  
re & claritatē græcis esse *δοξάζειν* id est glorificare, &  
*δοξάζειν* id est gloriā, atq; hoc monuisse cōtent°, non muto tñ  
clarificadi verbū. Hic obijcit mihi Hieronymū, q̄ in episto-  
la ad Suniā, & Fretelā admoneat idē qd̄ ego admoneo, &  
tñ subiecerit. Noluim° mutare, qd̄ ab antiqs legebat, quia  
idē sensus erat. Quælo in quo hic rephēdor? An qd̄ admo-  
nuerim *δοξάζειν* græcis sonare glorificare? Idē fecit Hierony-  
mus. An qd̄ mutarim vocē receptā? Imo reliq. Proinde hæc  
annotatio Lei, nihil ad hūc locū pertinet. Quid aut̄ si mu-  
tassē hic, qd̄ alibi nō veret̄ interpret̄ facere, Gloria in ex-  
cellis deo, Da gloriā deo. Cur nō vertit, claritatē? Et apud  
Paulū *δοξάζω εἰς ἑνα γέλω μου*, cur nō vertit, vt clarificē. Po-  
stre mo qd̄ nō ē ausus Hieronymus in *δοξάζω*, hoc nos nus-  
q̄ sumus ausi. Nihil eni vnq̄ mutauimus, ex publica & ec-  
clesiastica lect̄ione, imo ne e scholastica qd̄. Nos eni in cu-  
bicularis lectorē allogmur.

AD. CIX.

**A**Dirgat, q̄ p̄ eo q̄ vulgata lect̄io habet, priusq̄ mū-  
dus fieret, vterim priusq̄ mūdus esset, apd̄ te. Idēq; Eodem:  
ait fecisse me iuxta græcū meū, sentiēs opinor, librū  
a me deprauatū, q̄ legā, *πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.*  
Quid si idē legatur in plurimis græcorū libris, atq; adeo in  
æd̄itione Aldina, nū meū græcū dicit̄? At Hieronymus le-  
git fieret. Quid hinc aliud colligi pōt, q̄ illū, p̄ *εἶναι* legisse  
*γινέσθαι*, quo simul & esse sonat & fieri. An volebat me  
Leus vertere fieret, cū græce esset *εἶναι*? Erat aut̄ operap̄-  
cium & hunc locū annotare inter ea quæ nō castigarim.

AD. CX.

**A**Scēdo ad patrē meū &c. Obijcit mihi, cū añ docue- Ioan. xx.  
rim articulū apponi quoties significat aliqs certus,  
hic me iugulat meo gladio. Cū sit apd̄ Ioanē *καὶ θρόνος, καὶ  
θρόνον ἰσθῶν,*

θεὸν ἰμῶν, nō apposito articulo, cū negati nō possit, qn̄ de pa-  
 tre loquat̄. At hāc cauillationē iā ante dilui. Præcessit em̄ ar-  
 tculus seruiēs & his q̄ sequunt̄. ἀναθεὶς πρὸς τὸν πατέρα μου,  
 ἢ πατέρα ἰμῶν, ἢ θεὸν μου, ἢ θεὸν ἰμῶν. Alioq̄ cur nō addit in  
 posteriore πατέρα articulū, nisi qd̄ p̄cedens, ad oēs voces p̄-  
 tinet. Perinde em̄ est ac si dicas. Ascendo ad eū, q̄ est pater  
 meus, & pater vester deus meus & deus vester. Et tñ hūc  
 locū recēset, inter ea q̄ reliq̄rim incastigata. Quid autē me  
 volebathic mutare, nū addere græcū articulū, cū in libris  
 græcis nō esset. Si loēs ita scripsit, an meū erat mutare. Præ-  
 sentim cū qd̄ scripsit nō pugnet cū annotatiōe mea. Præ-  
 sentim est, si mutet̄ addito, qd̄ Leus vult, articulo, periclitet̄  
 sentētia. Et tñ si dixisset πρὸς τὸν πατέρα μου, ἢ τὸν πατέρα ἰμῶν,  
 visus fuisset indicare duos patres, quorū alter esset ipsius, al-  
 ter discipulorū. Nūc omisso articulo, nihil aliud potes acci-  
 pere, q̄ vnū quēdam, qui sit pater Christi, sed idē illi cū dis-  
 cipulis cōmunis. Nō ferebat olim Apelles futurē audētem  
 aliqd̄ vltra crepidā. At qs̄ ferat hūc, tāto cū supcilio, tātis cō-  
 uicijs & carpentē, & docentē quod nō intelligit.

AD CXI.  
 Ioan. xxi.

**D**ominus meus & deus meus. Hic rursus impingit  
 mihi meā regulā, græce inquit addit̄ articulus ὁ κύριος  
 μου, ἢ ὁ θεός μου cū de Christo loquat̄ nō de patre, qd̄ tū po-  
 steat. Quis vnq̄ dixit, nō licere addere græcū articulū, deo  
 nisi cū de patre fit mētio. At alicubi dixi, ideo apponi, qd̄  
 de patre fieret mētio. Verū id exēpli gratia dixi, velati si di-  
 cerē ὁ ἀνθρώπος, cū articulo efferret, quod de Petro fiat sermo  
 si forte de Petro fieret, an ideo cōsequeretur, nō posse addi  
 si sermo fiat de Paulo. Obsecro te lector, quod hoc est no-  
 uum acumē in eo, qui me stupidū vocat, cuiusmodi sunt  
 istæ annotationes, quibus hactenus traditor, applauden-

AD CXII.  
 Eodem.

**E**t illa nocte nihil prēdiderūt, ac mox adferte de pisci-  
 bus quos prēdidistis, admoneo, quod græcis est, ἐπι-  
 σκεῖτε & ἐπίσασθε bifariā esse redditū in latinis codicibus in  
 alijs esse, prēdiderūt & prēdidistis in alijs rursum, cœperūt &

& coepistis. Hic qd' ascribit Leus, profus nō intelligo. As  
scribit em̄ hęc. Hic opus erat addi p̄diderūt & p̄didit  
suis, ne q̄s putet in̄pretē male reddidisse, id qd' p̄clue erit,  
nesciēti gr̄ce. Quid ego audio, cū p̄dēre & capere, idē  
declarēt; nū ideo suspicabit, aliq̄s in̄pretē male reddidisse  
gr̄cā vocē, si moneat p̄dēre idē esse qd' capere, & in li  
bris vtrūq; verbū reperiri. Et hūc locū Leus recēset inter  
ea, q̄ non mutarim, nec video, qd' voluerit mutari, cū ego  
vulgatā lectiōnē reliquerim. AD C. XII. Eodem.

e X hoc loco mihi graue suscitare conatus est inuidiā  
Leus, nā in seditioso illo indice, q̄ primū lectoris ani  
mū occupat, taxat me, qd' Augustinū mordeam, in scheda  
quā p̄ditor ille, vt ipse vocat, mihi cōmunicauit, vnā, impin  
git, qd' falsā etiā in Augustinū cōgerā qd' illi inscitā expo  
brē. Hic cū aliq̄to mirius loquat in q̄to id faciat acerbius,  
q̄ pre, imo q̄ nulla de causa id faciat, mox aperīā, ac primū  
ascribā mea verba, q̄ Leus recēset ex editione priore, quo  
magis res p̄opta sit lectori. Inter vetustiores inq̄, solus le  
gisse videt Augustinus, (sic eū volo manere) Vir ille qdē  
(qd' negari nō p̄) sanctus, integer, acuto p̄ditus, ingenio, ve  
rum impēse credulus. Ad hęc destitutus p̄sidio linguarū,  
sine q̄bus, hęc vt par est, tractari nō queūt is cum iuuenis  
ascitus eēt, ad munus episcopale, ac pene Neophytus, id  
qd' fieri vetuit Paulus, ne licuit qdem quicq̄ nescire, docto  
ris locū occupāti. Proinde docēdo didicit qd' doceret, & scri  
bēdo didicit, qd' scriberet. Profecit tamē p̄sertim vbi se ex  
pit ad Hieronymi cōferre emulationē. Nec est insectāndus  
vir tā pius, sic ubi nō affegitur qd' affectat, sed tolerāndus ma  
gis, at e diuerso, nō sūt audiēdi, q̄ illū nemini nō anteponūt  
ipsi etiā Hieronymo. Quo sacrarū litterarū sciētia, tāto fuit  
inferior, vt ipudētissimū sit, alterū cū altero cōferre. Hactē  
nus bona fide, mea v̄ba recēsiui, nūcaudiam⁹ qd' in his offē  
dat Leū. Qui scis inqt Erasme, an cōsuluerit Augustinus  
gr̄cos codices, ac sic nō si inuenerit. Quādo dubiū nō est  
diuersa etiā Augustini aetate, fuisse exēplaria, & hodie v̄  
q; adeo diuersa, vt sepe sit legere apud Hieronymū, Orige  
nem, & Chrysostomū, q̄ in nullis gr̄corū exēplarib⁹ habeā  
(tur, qd' vt vnū locū citē. In

In bone voluntatis luce. i. tu ipse confiteris, Primum quod est in-  
pudenter quod dicere Augustino in grecis ex eplariibus con-  
tum fuisse, si non sic, in tanto grecorum voluminum consensu, atque  
etiam suffragantibus vetustis latinis. Praesertim cum sententia te-  
nor refragetur huic lectioni, etiam si sequi hoc loco, est ad ex-  
emplum Christi mori, & si manere est non mori, qui con-  
stat, quod paulo post sequitur, & non dixit Iesus, non mo-  
ri, sed, si eum volo, manere hoc est, ita moderatus est ser-  
monem, ut ostenderet illorum nihil referre, quid de Ioan-  
ne censuisset Christus. Deinde quod opus erat haec arguere,  
cum in posteriori editione demonstrat Augustinum si, legisse  
non sic, idque ex ipsius interpretatione. Porro quod ait me fate-  
bitur rem secus habere, si quis nostram in hunc locum responsione le-  
gat. Addit Leus, nec puto, te hoc de Augustino sentire,  
quod penitus ignorauerit graece, atque hic multis argumētis, p-  
bat Augustinum utrumque degustasse graeca. Si non putat me  
hoc sentire, cur supuacaneis verbis refellit. Et si putaret, iam  
pudenter faceret, cum tot locis tester idem, quod Leus asseuerat, il-  
li puero utrumque degustatas graecas litteras, ad quas iam epis-  
copus atque etiam senex redierit, Illud mihi quidem haec tenus in-  
auditum, quod Augustinus Aristotelis *κατηγορία*, e graeco ser-  
mone nobis verterit in latinum, cum ipso libro confessionum. iiii.  
testetur eum librum haud dubium ab alijs factum latinum, quosdam ma-  
gnos plus minus viginti lectum, citra interpretis operam sic in-  
tellexerit, ut post congressus cum illis, coopererit illos nihil ad-  
ducere, quod ipse non perspexisset. Hoc demiror non meminisse  
Leum, cum velit intantum videri deditus Augustino, ut in huius-  
modi gratia pene contumelia afficiat Hieronymum. Iam de Chryso-  
stomi versibus grecis ab illo versis unde hauserit nescio sed  
demus Augustinum belle nouisse graecas litteras, quod hoc ad-  
refellendum id quod scripseram, Augustinum cum Hieronymo con-  
frens, illum fuisse destitutum praesidio linguarum, quibus instructus  
erat Hieronymus. An Hebraice nouit Augustinus, an  
Chaldaice, an Syriace. Neque enim agebam illic proprie de ser-  
mo

mone græco, alioqui, cur nō eadē opera obiecit Leus, qđ  
 Augustinus nō fuerit destitutus p̄sidio Romanæ linguæ.  
 Sed his fortiter vt putat, enictis, arrodit illud qđ scripserim  
 Augustinū imp̄se credulū, atq; ita respōdit, quasi dixerit,  
 Augustinū imp̄se ptinacē, sibiq; nīmiū fidentē. Mirū ve  
 ro inquit, cur dicas tā impense credulū. Quo vno quē aliū  
 inuenias, qđ libētius ingenio cesserit. Qui prope solus, qđ  
 probe tueri potuisset, ne qđ offendiculū daret veritati Ca  
 tholicæ, spōte sua recātauit. Qui neminē dedignatus est p̄  
 ceptorē, a qđ quicq; discere potuisset, Hieronymū quē illi tā  
 to interuallo anteponis cōsuluit, nec dignus est habitus re  
 spōsione &c. Quorsum hec spectāt obsecro? An ideo nō  
 fuit credulus Augustinus, quia cupidus erat discēdi? quia  
 retractauit lapsus suos? qđ cōsuluit Hieronymū? Imo hoc  
 magis erat credulus, qđ ab oibus cuperet doceri. An mor  
 deo sanctissimū virū, qđ illū dicā imp̄se credulū. At Pau  
 lus illud inter charitatis elogia refert, qđ credat oia. Vt qđ  
 qđ minime malus est, ita maxime credit, ita minime diffidit  
 Demiror autē Leū aut dissimulare, aut nō intelligere, qua  
 re dixerim Augustinū credulū. Hieronymus vbiq; diffi  
 sus latinorū exemplaribus, græca cōsulit, diffusus græcis, cō  
 sulit Hebraica, aut Chaldaica, neq; statim cōmouetur fabu  
 la, qđ quis celebri, neq; prius assentit, huius aut illius sentē  
 tiæ, nisi prius excussē. Augustinus autoritatē interpretū sep  
 tuaginta, volebat haberi sacrosanctā, nō ob aliud, nisi quia  
 fuerat recepta. Hieronymus nihil cōmotus populari iudi  
 cio, reijcit eā ex ipsa re. Augustinus qđ vulgo tum iactatū  
 erat de septuaginta cellulis credebat. Hieronymus vt fabu  
 lam confictā irridet. Augustinus quicqđ voluminū erat re  
 ceptū vsu ecclesiastico, alba qđ aiūt, amussi cōprobat, Hie  
 ronymus quædā plane reijcit & obeliscis iugulat vt fabu  
 losā, quædā semouet ab his qbus vult esse grauissimā auto  
 ritatē. Ob hāc credulitatē Augustini fieri poterat, vt quod  
 forte legit in codice latino, crediderit esse rectū. Neq; em̄  
 sequitur, si deprehēdit in Euāgelio Ioānis, *τις δεχθη* esse ca  
 sus accusatiui, illū cætera quoq; cōtulisse, qđ si fecisset, nō

lapsus esset in locis quibusdam. Ego magis arbitror de <sup>cap. 23. xij.</sup>  
illū ab alio quāpiam fuisse submonitū, & hoc opus illi fuisse  
scriptū, antequā cōferret ad græcos codices ex eplaria latina.  
Ad quod faciendū videtur incitatus, nona versione diui Hiero-  
nymi. Atque hac quæ parte pulchre depugnata, Leus nescio  
quæ pacto subito proripuit sese ad collationē Hieronymi cū  
Augustino, cū instituisset refellere, quod huic tribuisset ere-  
dulitatē. Facilis inquit est cōiectura, cur Hieronymus siluit.  
Nō iuidebat illi eruditionē, sed plane vidit, nihil potuisse  
accuratius dici de hīs rebus, de quibus cōsultus est, quæ scrip-  
sisset ille, qui consulebat. Opinor Leum sentire de questio-  
ne, quam Augustinus Hieronymo proponit de origine  
animarum. Nam ad hanc nusquam respondit Hieronymus,  
non quod deesset illi quod responderet, sed vel quia non  
vacabat vel quia suspicabatur, eam subornatā ab alijs per  
Augustinum, explorantibus ecquid haberet Origenicū  
Hieronymus, nam hoc nomine multis suspectū fuisse con-  
stat. Pergit Leus, nam ne conferā alterū cum altero, quod  
tu studio magis quā iudicio facere videris, quātus esset Au-  
gustinus, facile agnoscūt, qui disputationes eius cum Hie-  
ronymo expēdunt, in quibus sinō superior, certe nihilo ē  
inferior. Hactenus Leus. Negat se velle alterū cum altero  
cōferre, quid igitur, an hoc non est conferre? Porro quod  
negat Augustinū fuisse Hieronymo in ea cōflictatione,  
de sententiā epistolæ ad Galatas inferiorē, vt largiamur inte-  
rim esse verū, etiāsi diuersum sensit, præter alios cōplures.  
R. D. Adrianus Cardinalis Dertonsensis, nō ideo protinus  
erit Hieronymo doctior, quod ab illo steterit victoria in  
vnicā cōflictatione, imo fit aliquoties vt qui vincitur, appa-  
reat eruditior. Mihi vero nō est animus in præsentia cōten-  
dere, vter nostrū de Augustino rectius sentiat, abūde nisfal-  
lor, super hac re respōdimus Ioanni Eccio in epistola ad eū  
scripta, cuius argumēta demiror, cur nō refellat Leus, si vi-  
sum erat hac de re mecū digladiari. Nā priusquā egeret has su-  
as annotationes iā legeret epistolā. Sed pergit Leus, Neque  
vero in vnius Erasmi iudicio res ita est, vt suas vel Hiero-  
nymo

nymo, quē omnes probe colunt, vel Augustino quē ne-  
mo sanus cōtemnit, tribuatur locus. Quid his verbis sibi  
vult deniq; an a me non colitur Hieronymus, quē omnes  
probi colunt? An a me contemnitur Augustinus, quē soli  
contēnunt infanti? Et si non pēdet autoritas horū a mea cē-  
tura, idcirco nō licebit indicare quid mihi videatur. Sic an-  
tepono Hieronymū, vt tamē Augustinū q̄ honoratissimū  
esse velim. Subijcit Leus. Sed quod dicis scribēdo, ac do-  
cendo didicisse quod scriberet, ac doceret, hoc ego neutiq;  
illi vitio tribuendū puto. Quod si viciū sit, cōmune est illi  
cum cæteris. Nam quotus quisq; est omnium qui id nō facit.  
Hieronymus, nū scribēdo ac docēdo didicit? quod scribe-  
ret ac doceret? Hactenus Leus. Si vitio verti non debet,  
ne ego suggillo Augustinū, sed potius excuso, ac defen-  
do, qd̄ igitur qd̄ mecū litigat Leus? Raptus est protinus  
ad honorē presbyterij, raptus est vt assideret episcopo suo  
atq; eius vice doceret populū. Et verū est, qd̄ scripsit Hie-  
ronymus, arduū esse, plixiq; negocij parare solidā cogniti-  
onē sacrarū scripturarū. Id facere nō vacabat Augustino.  
Illud nimirū est quod querit in epistola quadā ad valeria-  
num, per oia sacra obtestās, vt daret ipsi spaciū discēdi, qd̄  
doceret poplū, se sibi notū esse, nec ignorare quāti piculi  
res esset. An mihi nō licebit hoc p̄dicare de Augu. qd̄ ipse  
de se scripsit: Laurēt<sup>o</sup> hoc loco paulo acri<sup>o</sup> incesit Augu-  
stinū. Ego cōtra lapsū illi<sup>o</sup>, si tñ hic lapsus ē, excuso atq; ele-  
uo. An hoc male habet Leū: Quo nū videt expendere  
quid scribat qui scribit huiusmodi? neq; terram, quod  
aiunt, attingentia, neq; cœlū: Nec his contentus pergīt.  
nisi forte tibi placeat, q̄rūdā hoīm p̄cocitas, q̄ docēt, & scri-  
bant, qd̄ nec docēdo nec scribēdo didicerūt Augustinum  
ab hac nota eximo. Eximo et Hieronymū. Quid aut̄ erat  
piculi, si Leus illos nō exemisset? Nihil em̄ me mouet, qd̄  
existimat hoc dictū ad me pertinere, sed vereor ne q̄ legerit  
annōtionū illius libellū, potius in ipm̄ retorqueāt. Pergīt.  
Nec pudet cōfiteri Augustinū, (qd̄ tu scribis,) profecisse,  
postq̄ ad Hieronymi emulationem se cœpit cōferre, non  
quod

quod ab Hieronymo quicquid didicerit, sed quod illa scribendi  
exercitatione, semper euaserit doctior. Cur autem in opere  
metuit Leus, ne quod videat ab Hieronymo didicisse? Nam  
id vehementer abominatur in scheda quam intercepi. Sed atro-  
cius est, quod mox impingit. Hoc vero inquit quod obijcis, iu-  
uenem ascitum ad munus episcopale, ac neophytum quod Pau-  
lus verat, obijce & Ambrosio adhuc Catechumeno ad eam  
dignitatem euecto, quod prope causam tuebit suam, quod prope paratus  
& instructus quod prius hoc fecerit contra Vercellenses. Ni-  
mihi decretum esset ab affectibus temperare, nonne hic optimo  
iure debaccharer in Leum? Patrocinator Augustino, presertim  
in his quae scripsit iuuenis, quod statim raptus sit ad functionem  
episcopalem. Ac Leus mihi dicam scribit, quod in simul Augustinum  
ambitus, qui contra Pauli doctrinam adhuc pene neophytus  
arripuerit episcopi dignitatem, atque hic scilicet locum habe-  
bat Ambrosius ante designatus episcopus quam baptizatus. Si  
hanc appellarem calumniam Leus ageret mecum iniuriarum  
Doceat igitur me lector, quid sit calumnia, si haec non esse  
erat inquit audeo dicere, in utroque canicies fidei, digna episcopi  
copatu. O miram libertatem, si hoc audeat dicere Leus, quod  
nemo negat. At num ideo non multa nesciebat Augusti-  
nus in sacris litteris, num ideo non fuit inferior Hieronymo  
quod praeditus esset canicie fidei? Sed non dum finis. Addit Leus.  
Dicis non insectandum, sed tolerandum, licet ubi non assequitur quod as-  
sectat. An hoc dictum meum improbat Leus, an postulet ut  
laudemus Augustinum, etiam cum aberrat a vero? An non sat  
est, si lapsus moteremus, nec insectemur, quae admodum sa-  
cit Valla. Nam lapsus esse, nec id admodum raro, nec in negant  
qui plurimum tribuunt Augustino. Quod tamen illi cum cate-  
ris commune est. Sed tu tamen inquit Leus insectaris, & ita in  
sectaris, ut minoris facias, quam vlla hominum opinione hactenus  
habitus est, ita ingenium tribuis, ut eruditionem adimas, ita  
sanctitatem praedicas, ut ambitus prope accuses, quod neophytus  
susceperit episcopatum. Hactenus ille. Quid ego audio. Nullus  
vniquam fuit mortalium ante me, qui in sacra doctrina potiores tribu-  
erit Hieronymo. At possem referre insignium theologorum de  
Augusti-

Augustino suffragia, quæ noli hic recedere. An indoctus est, quis ignorat aliquid: aut quæ sit alius doctior: An accusat ambitus, qui excusat, quod non ea prestitit, quæ voluit, propterea quod statim inuolutus sit curis episcopalibus: An ambitus incusat, qui scribit ascitum: Sed hic ex admonitu meo Leus addidit prope, videlicet moderans quod acerbius dictum videbatur. Quod quæ ad rem facit illud prope, cum ego multis parasægis absente ab eo, ut insimul Augustinum ambitus. Et tamen illud prope, non erat in primis schedis, in quibus preter aliam (nam ad manum non est scheda) palam mihi impingit, quod odio quodam peruerso falsa etiam illi impingatur. Sed admonitus deletur. at interim quoties ista descripta sunt, a qua multis lecta, priusquam hæc deleteret. Si dicto tantum laxisset famam meam, erat innocentiam christianam facere, quod erat illatum noxam. Nunc cuiusmodi est hæc libris illud, describenda curare, spargere per regiones. atque hæc qui facit, negat se unquam secus de me locutum, quæ honorifice, negavit proximo colloquio, cum hic liber esset in manibus typographi, nihil inesse contumeliam, tamen si quædam essent libere dicta. Sed pergit Leus. Non assecutum inuis quod affectabat in re litteraria. Ut donec non assecutum quod affectabat, num satis est assecutum esse, quantum nemo pene alius: Quid hic ratiocinatur Leus: an ideo non est tolerandus Augustinus in his quæ scripsit iuuenis, si tantum in literis est tandem assequutus, quantum vix alius quisquam. Neque enim hic disputo, an tantum sit assecutus quantum hic tribuit. Subiicit Leus. Sed quantum ipse assequutus es (Veniam tua loquor, ut censor agas tantum viri cuius sanctitatem, tum eruditionem totius orbis Christianus, multis iam seculis admiratus est, veneratus est, & prope adorauit: Quid an orbis erat desitum id facere, nisi Leus hæc scripsisset: Cur autem rursus adiecit prope: an non plane veneramur, & adoramus Augustinum: Quod si sensit de cultu qui peculiariter soli debetur deo, cum ad hunc nullus mortalium accedat non in tempore addidit prope: An Augustinum excusare est censorem in illum agere: An qui inferior est, non potest effari quid de Augustino sentiat. Si istud mihi de Augustino non permittit Leus, qua fronte sibi per-

mittit

mittit cēsuram in Hieronymum: Nam de me nihil dicam:  
quem adeo contempsit, vt estimaret nihil tam oscitanter in  
me scribi posse, quod non satis esset ad obtruendum Eras-  
mum. His argumētis postea q̄ me satis refellit, perorat ad-  
modum se uere, iterum atq; iterum optans vt hac aetate na-  
tu grandior factus grandeuum illum imiter Augustinum.  
Obsecro inquit per Christi charitatem, relegas diligenter,  
ac iuste expendas quæ scripsisti, & sicubi more hominum  
te lapsum inueneris, non pudeat te ad exemplum beatissi-  
mi, atq; ad miraculum vsq; eruditissimi patris recantare, vbi  
male cecinisti, Itaq; videbis, quantum ipse egeas censore,  
potius quam tanti præsertim patris, censorem agas.  
Quis hæc absque risu legat, qui rem norit? At qui sit ig-  
narus, quis non credat esse grauem, ac seriam admonitionē  
grandeuī cuiuspiam & autoritate præpollentis episcopi?  
Cum ipse tot locis hallucinetur, cum toties reprehendat ea  
quæ non intelligit, cum toties agat argumentis, adeo con-  
tra me nihil facientibus, vt in ipsum recidant, cum toties a  
me bene dicta, detorqueat ad calūniam, cum toties ciret au-  
tores sacros in sensum diuersissimum, cum toties sic odio fe-  
ratur in proximum, e culus certe libris, multa didicit iuue-  
nis cum toties, (Sed malo finem facere q̄ toties enumerare  
quoties ille peccat insigniter) quin ipse sibi cantionem hanc  
canit, quam nūc canit mihi: Cur nō auscultauit fidis ac do-  
ctis amicis, qui magno meo malo suadebant Leo, vt opus  
suum premeret, vtpote dedecori futurū, non auctori modo,  
Verum etiam toti Britannia. Cur nō auscultauit, D. Arenti  
qui noluit rem agi per contentionem, cur non saltem meū  
admisit consilium, qui toties admonui, videret etiam atq;  
etiam, quid scriberet adendum neq; speraret protinus om-  
nibus arrisurum, quicquid ipsi scribenti arrisisset, malletq;  
stilum suum attemperare, ad grauium, ac doctorum homi-  
num iudiciū, q̄ ad quorūdam applaudentiū assentationem,  
vt argumentis rem ageret, non conuicij. Hæc quoties ad-  
monui, etiam parum vt ipsi videbatur amicus, sed tamē ami-  
cius consulens, q̄ illi, q̄s ille pro summis ducit amicis, aut  
q̄ ipse

quod ipse consuluit sibi fortasse plus satis amicus. Vides lector  
quod hic nihil sit dignum palinodia. Nunc quum in posteriori  
re editione quaedam adiecerim, quae verarent, ne quis pos-  
sit ad eundem modum calūniari. Quorsum attinebat haec  
tam multa, tam odiosa, tam rixosa in vulgus aedere? Iam hoc  
res est magis ridicula, quod sic obiurgat, sic admonet. Iam  
absolutis posterioris editionis voluminibus. Nam schedam  
eam, ut dictum est in Apologia non ante nactus sum, quam al-  
tero volumine perfecto redissem Louanium. Et tamen si  
haec exissent me mortuo, quod ego non dubito, quin fue-  
rit Lei consiliū, credidisset lector, his verbis me fuisse mo-  
nitum priusquam ad recognitionem operis accingerer. Huius-  
modi nugis, neque meum ocium, neque tuum studium occu-  
parem optime lector, nisi Leus tam capitaliter nos impetis-  
set, & nisi rumor huius libri, iam opera quorundam bonam  
orbis partem occupasset, priusquam in lucem prodiret.  
Sed huius voluminis secūdi modus esto. Quod  
superest tercio volumine conficietur. Ex hoc  
interim conijcito lector, quod non optimum  
triumphum sit relaturus hic qui tanto  
tumultu rem aggressus est.

FINIS SECVNDI.

Apud inclytam Brabantiae Antuerpiam in aedibus  
Michaelis Hillenij Anno ab orbe redem-  
pto. M. D. XX. Mense Aprilii.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

FINIS SECVNDI

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date.